 pud Famagustam ur-  
 bem erigunt 175  
 ab obsidione Cathari  
 fugantur 135 Vlci-  
 num oppidum oppu-  
 gnant 127. 128  
 deditione capiunt 124  
 Catharum oppidum  
 frustra oppugnanti 137  
 nuncium Catharum  
 mittunt, eisq; bellum in-  
 terdicunt 133 Cy-  
 prum occupant 156  
 inuadunt 34. 35  
 Famagustanis muni-  
 mentum, Contrascor-  
 pam nomine, eripiunt  
 164 Famagustam op-  
 pugnant 56 Fd-  
 magustanis deditioinem  
 consulunt 183 Fa-  
 magustanos nocte qua-  
 dam 5000 glo-  
 bis euibratis inuadunt  
 176 à muris Famä-  
 gustanorum virtute re-  
 pelluntur 167 à Fa-  
 magustanis repulsi, non  
 sine oppidanorum cla-  
 de 173 Famagusta-  
 norum pluteos, sudesq;  
 deiciunt 176 Fa-  
 magustanos classe inuad-  
 unt 185 maximum in-  
 cendiu inuadunt prop̄  
 Famagustā 180 propriis  
 ad urbem Famagustam  
 castra metantur 178

Turca

I N D E X.

- Tureæ Famagustanos ex  
decem propugnaculis  
aggrediuntur 160  
Famagustanis omnem  
aditū intercludunt 36.  
37 Famagustam op-  
pugnant 37 Famagustanos rursus cuni-  
culis inuadunt 184  
quot dies Famagustam  
obfesserint 193 apud  
Famagustam pugnam  
redintegrant 176 Fa-  
magustanorum muni-  
tiones expugnant 160  
Nicosiam diris oppu-  
gnationibus inuadunt  
44 expugnant ibid.  
duce Mustapha, Nico-  
siam strenue oppugnat  
36. 38 à Nicosianis  
fugati 36 Nicosiam  
per quadriduum sexa-  
ginta annos catapuliis  
inuadunt 39 præsi-  
dia Nicosiae imponunt  
36 ad Nicosiam cas-  
tra metantur 37  
Turcarum præfelli præci-
- pui qui 193 immati-  
tas 122 potentia,  
eorumq; tyrannis erga  
deuictos 45 Impe-  
rator de accepta clade  
certior factus 267 ty-  
rannis erga deuictos 5  
ducis capulum, Græcus  
quidam aurifaci uen-  
dit 262 Imperiū lon-  
gè lateq; augustissimum  
20 exercitus numer-  
rus in oppugnatione  
Famaguste 52. 192.  
180 Imperatorum mo-  
res 14 Imperatoris fæ-  
uitia erga Venet. orato-  
rem 173 copiæ 52  
crudelitas erga Nico-  
sianos 47 nauigia  
copia uel depreffâ, quot  
numero exitere 252.  
253 imperium cur ha-  
ctenus tam fœliciter co-  
aluerit 268 crude-  
litas in Epiro 272  
imperium ex quib. cau-  
sis maius, & augustius  
reddatur 45
- Turca-

multi in Creta interficiuntur 122 nauigia expugnata, in queis sexaginta milia nummum aureorū inuenta 92 dux à quo imperfectus 262 alacritas ad pugnam 229 dux oppugnatio ni Pamagustanæ interfuit 160 uigilantia 157 ingens latitudo de Cypro expugnata 156 Imperator inducias facit cum Maximiliano 15. 20 clades 163 mores, & contemptus bonarum disciplinarum 6 nauigia quedam à M. Antonio Quirino expugnata 92 solertia 165 immanitas in Coreyreo sinu 208 industria in construendis munimentis 93. 40 religio quamplurimum dissentiat à nostra 5 Imperator ueteri odio in

Hispanum incitatus 11 naues duæ interceptae in quibus erat Pij V. monumentum 118 dux strenue militat ad pugnam cohortur 231 clades 167 pertinacia 233 ex Turcarum præfectis 4 imperfecti fuerint 194 castris in urbem Famagustam pilas ferreas & globos 400 emissos esse 195 Turcis magna pecunia uis à Venetis numerata 14 fœdus Christianorū cognitum 137 Venetorum consilia in nota 14 apud Venetos degentibus, pecularis locus destituitur 31 noua auxilia mittuntur ad oppugnandā Famagustā 158 Nauplius & Epidaurum urbes à Venetis traditæ 14 à Nicolianis duo pro-

I N D E X.

- pugnacula erecta 42.  
 caput præfetti classiū  
 ostensum 235 iactura  
 tam opulētæ classis lon-  
 gè acerbissima 266  
 Turcas, solum uectigalibus,  
 & obedientia ex-  
 terna Christianorum,  
 contentos esse & ferre o-  
 mnes gentes suo impe-  
 rio adieciſſe ib. uentus  
 aduersus multis in ne-  
 gotijs impedit 240  
 apud Turcas Christiano-  
 rum libertas 4.5 disci-  
 plina militaris in maxi-  
 ma obſeruantia 162  
 contra Turcas, cur Germaniæ  
 principes non liben-  
 ter bellum fusciant 21  
 inter Turcas & Famagu-  
 stanos ingens pugna 185  
 & Turcis Cythera insula de-  
 uafata 122 Catharum  
 obſeffum 135  
 in Turcis quid maximè sit  
 laudandum 5  
 cum Turcis Veneti, apud  
 eos degentibus, post le-
- gationem missam quo-  
 modo egerint 34  
 ex Turcis multi in portu  
 Cōstantia interfeci 91  
 multi in pugna naualē  
 interficiuntur 134 quo  
 interempti, aut uulne-  
 ratii fuerint in pugna  
 nauali 251 multi à Ni-  
 sianis interēpti 41.42  
 multi à Famagustanis  
 trucidantur 177  
 Turcica classis Cretam in-  
 uadit 121 ex qua parte  
 fit adoriunda 200 Ca-  
 rinthiacum ſinum in-  
 greditur 214 Occhia  
 lim petit 218 inſtar lu-  
 naris formæ, ſe ad cer-  
 tamē instruit 231 Vlcis  
 niū uenit 128 Christia-  
 nam classem ualde aba-  
 horrebat 228 in Eu-  
 boēam ad nauigat 120  
 ad caſtrū Rufū uenit ib.  
 de Christiāa claſſe cer-  
 tior facta 222 ſe ad pu-  
 gnā parat 229 in Am-  
 phimaleū ſinū translata

I N D E X.

- ta 220 ex fauibus Hel  
 lespōtiacis egreditur ib.  
 in fugam conuersa 239  
 Christianā classem in-  
 uadere omnino statuit  
 229 de nouo instaura-  
 ta 228 in Corinthiacū  
 sinum proficiuntur, pro  
 nouo milite conscriben-  
 do ib. denuo instruitur  
 240 Butuam profici-  
 entur 137 deuicta 234  
 Turcicæ classis præfecti  
 230. 231 præ-  
 fectus aciem instruit, mi-  
 litesq; ad pugnam co-  
 hortatur 231 præfetus  
 interimitur, eiusq; caput  
 ad Austrium transfer-  
 tur 235 præcipui princi-  
 pes 229. 230 & Chri-  
 stianæ, congressus 233  
 præfeciū alq; eritas, & co-  
 hortatio ad milites 234  
 turcicæ classi duæ triremes  
 ademptæ 273 Phœbæi  
 radij aduersantes 229  
 uetus, q; initio ualde faue-  
 bat, repete mutatus 227  
 inter Turcicam & Chris-  
 tianam classem pugna-  
 233  
 in Turcica classe, regia  
 triremis qualis fuerit  
 253  
 ex Turcica classe, regia na-  
 uis expugnata 234 mul-  
 tæ naues, & triremes  
 tempestate maris amisi-  
 se 132 quot nau-  
 gia capta, uel depresso  
 fuerint 253 quædam na-  
 uigia aufugunt 238  
 Turcicarum rerum duo ex-  
 ploratores Venezijs ca-  
 pti, habitu heremeticis  
 induiti 145  
 Turcicum vexillum ereptu-  
 à Baleono 179  
 Turcico òugo, ac tyrannidē  
 qui semel colla subdi-  
 dere, nunquam excutes-  
 re ualuisse • 145  
 Turcicus orator à Venetiis  
 captus, & Veronam de-  
 ducitur 143  
 V  
 Vecigliibus solum Tur-  
 cicis

I N D E X.

cas esse contentos	5	ex Sicilia discedit	153
Venetiarū ciuitas quo in- colæ appellant	24	denuò instruitur	144
Venetis publicæ præcacio- nes pro uictoria	254.	nouo milite instaurata	
256 multa ædificia in- cendio deuastata 30 in cendum tempestate no- cte exoritur ib. fœdus		Hispanisq; uribus au- cta 53 quot triremi- bus & militibus instrue- da sit 97.98 ob uaria morborum genera ual- de denudata 58 ex Cre- ta se Coreyram recipit	
publicatum 10 ingens luctus propter expugna- tā Cyprum 254 publis ca supplicationes insti- tutæ 140 ingens lati- tia proprier uictoriæ naualem 256 uarijs in locis triumphales literæ insculptæ	246	57 q; oppidò instructa fuerit 86 ad Aquas Præ- gidas peruenit 70 uarijs modis denuda- ta	86.87
Venetias legatos Pontifex		Venetæ classis capitanei q;	
Rom. & Hispa. rex mit- tit 96 nuntiū de uicto- ria perlatum	257	sunt 145 præfectus quo uexillo uti debeat 104 præfectus quale respon- sum de Cypria profe- ctione dederit 71.	
Veneta classis Coreyram		72	
redit 87 tempestate ma- ris ualde incommoda- ta 73 in uniuersu quot		de Venetæ classis infirmi- tate Turcæ certiores facti	77
nauigij construclæ fit			
69 in Candiam puenit		Venetæ classi, Pontifi- cia & Hispana classis iuncta	59
84 Vndū ingressa	83	ol 2 Ves	

## I N D E X.

- V**enetam classem Brundu  
siū esse trāferendā 150  
ad Venetā classem guber-  
nandā qui duces sint e<sub>z</sub>  
ligendi 98  
de Veneta classe 86  
in Veneta classe pessis ib.  
in Veneta classe quot ui-  
rorū millia uarijs mor-  
borum generibus inte-  
rierint 87 Veneta tri-  
remi militaris seditio  
215
- V**enetus princeps post ui-  
ctoriā, tēpla adit, Deo&  
gratias agit 258
- V**enetus exercitus denuō  
instruitur 144
- V**eneti Senatus gratiarū  
aēlio pro uictoria 258  
edictū de omnib. uecti-  
galib. & redditib. 141
- V**eneto principi Turcicū  
signum mittitur 261  
in Veneto senatu quid de  
cretū fuerit 144
- V**eneti ob Cyprum quot-  
annis Turcarum regi  
tributum impendere so-
- litī 172 nouos præ-  
flos in demortuorum  
locum substituit 260  
de Famagusta expu-  
gnatione certiores fa-  
eli 191 Romā legatos  
mittunt 97 uoluptati-  
bus dediti 25 Turca  
quasdā urbes Pelopon-  
nesi trādunt 14 quāst  
pē cū Genuensibus di-  
micarint 13 militū de-  
leictū habēt 33 legatos  
ad Rom. Pontificē mit-  
tunt 263 certior facit  
de Cypro expugnata  
156 ob publicū benefia  
ciū priuati incommodi  
obliuiscūtur 259 ad St  
lymū Imp. Turcarū le-  
gationē ablegūt 15 cur  
nunc arma contra Tur-  
cas suscepint 14 defi-  
dere, cū rege aliquo, in  
eundo, decernunt 93  
quot triremes Hispani-  
narum regi, contra  
Turcam semper admī-  
nistrale debeant 103

Fond.

I N D E X.

Famagustanis auxiliū  
mittūt 91 in suam urbē  
præsidia collocant 32  
Selymo intrepidē respō  
dent, sc̄p ad bellum pa  
rant 29 classem instru  
unt 33 quomodo Cy  
prum adepti sint 9.10  
quam magnos sumptus  
faciant pro conseruan  
da republica 26 fœdus  
contra Turcā iuramen  
to multisq; alijs obliga  
tionib. confirmant 107  
cum Selymo Turcarū  
Imper. fœdus initū, re  
nouare cupiunt 15 bel  
lū gerūt cū Othoman  
nis 11. 12 cur sem p mi  
litaria præsidia in Cy  
prohabuerint 11 cui of  
ficio maximē studeant  
25 quando Cypro na  
cti sint 11 Turci ma  
gnam copiam pecuniae  
enumerat 14 pñsidiis  
proditi ib. præsidia in  
Cyprum mittunt 28  
Venetorū quorundā nobis

lium res gestæ contra  
Turcā 88 Ioannes Mi  
ches accerrimus hostis  
& huius belli suasor 15  
cōsilia hosti patefacta  
14 aerarij q locuplessit  
26 strages Vleinij 131  
littus firmioribus mu  
nitionib. munituri 144  
uel cōfederatorū prin  
cipum copiæ in uniuers  
um 153 potētia 24.25  
triremis una naufragio  
perit 73 classis ad ca  
strū Ruzzū puenit 53  
insignia 112 copiæ trās  
missæ Famagusta 157  
classis quo nauigys in  
structa fuerit 51  
in Venetorū auxiliū pon  
tissex Romanus classem  
mittit 57  
de Venetorū fide Epirotē  
conqueruntur 124  
Venetis multi principes  
pro uictoria gratulan  
tur 259 duæ triremes  
cum septem nauigys à  
Turcis eruptæ 90

I N D E X.


- |   |                                      |                                  |
|---|--------------------------------------|----------------------------------|
| <i>Venetis à Solymanno mul-</i>             | <i>Austrio missum</i>                | <i>119</i>                       |
| <i>ta oppida erepta</i>                     | <i>quo Vexillo uen. classis p̄fē</i> |                                  |
| <i>principū legati gratu-</i>               | <i>ctus uii debeat</i>               | <i>104</i>                       |
| <i>lantur</i>                               | <i>victoria in utraq; parte an-</i>  |                                  |
| <i>256. 257 Turca</i>                       | <i>ceps</i>                          | <i>233 à quo pendeat</i>         |
| <i>bellum infert</i>                        |                                      | <i>140</i>                       |
| <i>33 indicit</i>                           |                                      |                                  |
| <i>28 multæ insidiæ struū</i>               |                                      |                                  |
| <i>tur</i>                                  | <i>vienna metropolis Austria</i>     |                                  |
| <i>145 Hispa. rex clas-</i>                 | <i>bis à Solymanno innu-</i>         |                                  |
| <i>sem auxilio mittit</i>                   | <i>merabili exercitu obſel-</i>      |                                  |
| <i>Venetos rem militarē semp-</i>           | <i>sa</i>                            | <i>19 tertio à Solymano</i>      |
| <i>alienigenis comiſſe</i>                  |                                      | <i>Turcarum Imp. fru-</i>        |
| <i>contra fas Cyprio re-</i>                |                                      | <i>strâ inuasa ib. cur ab eo</i> |
| <i>gno usurpare</i>                         |                                      | <i>non sit expugnata ib.</i>     |
| <i>171. 172 inter Venetos &amp; Solyma-</i> | <i>ad Viennam inuadendam</i>         |                                  |
| <i>nnum foedus initum, Se-</i>              | <i>aditus opportunissimus</i>        |                                  |
| <i>lymus uiolat</i>                         | <i>qui</i>                           | <i>ib.</i>                       |
| <i>29 &amp; Tur-</i>                        |                                      |                                  |
| <i>cam foedus</i>                           | <i>uicentius Quirinus inter-</i>     |                                  |
| <i>Caro-</i>                                | <i>fectus</i>                        | <i>250</i>                       |
| <i>lum V. foedus</i>                        |                                      |                                  |
| <i>155 ad Venetos Ioan. Austrius</i>        | <i>vincentij Vitellij uirtus in</i>  |                                  |
| <i>legatos mittit</i>                       | <i>pugna</i>                         | <i>236</i>                       |
| <i>117 Cy-</i>                              |                                      |                                  |
| <i>prus regnū quo perue-</i>                | <i>uirginius Vrsinus interfe-</i>    |                                  |
| <i>nerit</i>                                | <i>ctus</i>                          | <i>250</i>                       |
| <i>171 legatū Turca</i>                     |                                      |                                  |
| <i>mittit, eisq; nisi Cyprū</i>             | <i>uirgo Venetiarum ciuitat-</i>     |                                  |
| <i>tradat bellū, indicit</i>                | <i>dicta</i>                         | <i>24</i>                        |
| <i>28 Cyprus uenit</i>                      |                                      |                                  |
| <i>11 Vexillum Turcicum à Ba-</i>           | <i>uirilis animus in muliebri-</i>   |                                  |
| <i>leono ereptum</i>                        | <i>sexu</i>                          | <i>136</i>                       |
| <i>179 no-</i>                              |                                      |                                  |
| <i>bile ab Austrio Roma.</i>                | <i>utriolum olim in Cypro in</i>     |                                  |
| <i>Pontifici mittitur</i>                   | <i>uentum 7 eius usus ib.</i>        |                                  |
| <i>262 insigne à Pontif Ioanni</i>          | <i>ulcinium à quibus sit con-</i>    |                                  |
|   | <i>ditum</i>                         |                                  |

I N D E X.

ditum 128 olim Olchi-	cursum in atrij Palatium,
nium & Colchinum, ho-	wulgi humeris delatur
die Dulcignum dicitur	256
ib. oppugnatū 123. 128	
deditio ne occupatum	urbini Principes Ioannem
124. 129	Austri um hilariter exci-
ulcinij oppidi incolarū mo-	piunt 116
res 128 expugnationis	ulinum est oppidum 144
causa quæ 130 incolæ	Z
ad Partaū legatos mit-	Zacynthum insulam Tur-
tunt 129 de deditio ne	ce miserè deuastant 128
consulūt 129 oppugna-	Zacynthum uiginti quatu-
tionis causa 123 obsides	or æneæ machinæ, Tur-
Venetorū à Turcis mi-	cis ereptæ, mittuntur 90
serè interfeciūt 131	Zambelotū est genus pan-
ündam Veneta classis uen-	ni, ex pilis caprarū con-
tis aduersis, delata 83	fectum 7
unfredus Iustianut creatur	Zephyrium promontori-
aureus eques 260	um, nunc Spartuenti dis-
mittitur Venetias 255	citur 202
propter hominum con-	Zieglerus insignis cosmo-
	graphus 122

Nota,

Folio 11 p.lined 20. inuenies, cum Ferdinando &  
Carolo filijs, lege, fratribus.



# PETRI BI- ZARI, DE BELLO CYPRIO LIBER PRIMVS.



Vemadmodum summa illa mundi quatuor Imperia, maximas & admirandas rerū uicissitudines passa sunt, eoque tandem redacta, ut ne uestigium quidem illorum amplitudinis in orbe appareat: Sic etiam priuata Regna ipsisdem sanè mutationibus uario tempore fuerunt obnoxia, eoque interdum deuenere, ut uix amplius in eis quicquam pristinæ magnitudinis ac orniamenti elueret. Quod uero ad legum instituta, & consuetam uiuendi rationem attinet, nemo ignorat, illam quoque persæpè unâ cum novo Principe mutari, nouasque formas induere. De religione autem quid opus est aliquid attingere, cum nemini dubium esse poscit, quin etiam illa nouum Principem sequatur, Deumque domitę Nationes, ut plurimum eo cultu uenerentur, quo Res

Omnia Res  
gna mutationis  
ni obnoxia.

Aa ges

## DE BELLO CYPRIO

ges ac primores, parta uictoria, & in Imperium asciti, a puero sunt instituti? Legimus apud probatos authores, multas Provincias uictas a Romanis, in leges & ritus eorum cessisse, ita ut Romani tandem non minis efficerentur: At si forte accidat, ut deuicti, eandem prorsus, quam liberi habuerant, persuasionem, in patria sine metu retineant, publiceque profiteantur, id certe maximi muneris loco iure ascribūt. Quis enim non libenter in ipsisdem (si hoc eis detur) sedibus ac domicilijs remaneat, ubi ortus atque altus est, maioremque aeratis partem olim transigerit? Id profecto cuiusque natura insitum est, ut natale solum admet, ibique haud inuitus resideat, nisi alicuius praestantioris boni specie quis allectus, profectionem ad exteris gentes ultrò suscipiat. Nam plurimos uidemus uel gloriæ studio accensos, uel discendi cupiditate impulsos, aut spe lucri adductos, relictis penatibus, externas oras inuisere, ac semel inuisas, nunquam interdum deserere: quin potius lætissimo animo ibi donec uixerint, commorari. Ceterum (ut eo redeat, unde digressa est oratio) & si, ut dictum est, uniuersa adeo & singula Regna uarios humana rerum casus & fortunæ mutabilitatem experta sunt, nec non alienigenis

LIBER PRIMVS.

nis Principibus & fide, & morum constitutione à se omnino dissimilibus, obedire coacta, ex omnibus tamen uix ullum auctuisse, uel esse iudico, cui à sua origine ac incremento maiores uicissitudines pati, pluresq; dominos admittere, ac illis iusta, uel iniqua exigentibus obtemperare contigerit, æquè ac Regno Cypri. In hoc autem placuisse uidetur illius gentis homines fortuna paulo benigniore usos esse, quod licet peregrinis Regibus tam sàpè necessariò paruerint, nullus tamen adhuc extitit, qui non eiudem fuerit religionis, aut paullum diuersæ, quicq; non ad eundem scopum salutis rationem direxerit. Si quidem uniuersi Principes Iuorum hactenus imperio uolentes, uel nolentes, audiuerunt, Græco, aut Romano dogmati adhæserunt. Fuit quidem olim (ut mox dicetur) a Suleimano Aegypti subacta, sed breui post, Rege in solium restituto, quibusdam certis conditionibus amissa recuperauit. Quid uero de illius cù politico regimine, tū quib. hominū conscientia nititur, in posterū apud eos futurū sit facile iudicari potest. Scimus enim qd iā totū ferè Græcis, qd Rhodo, insularū omniū qd in Ionio & Aegeo sunt, pulcherrimæ, qd nouissime Pannonijs evenerit. Omitto nūc reliqua Regna & Provinicias.

*Quis nunc  
Cypri status.* uincias utriusq; Asiæ atq; Africæ, quibus permulta sœcula fœlici quadam cōditio- ne sua iura tueri, suumq; de supernis rebus assensum liberrimè profiteri licebat. Nūc autem Cypro huiusmodi fatum impens det, ut iā nihil aliud expectare queat, præ ter ornatissimæ generis calamitates, & dirissimæ ac perpetuam feruitutē. Certum est enim eos qui semel Turcico iugo ac tyrannidi colla subdidere, nūquam, aut perraro, nec sine uirgula diuina, illud à suis ceruicibus excutere ualuisse, quasq; regiones ui, aut deditione semel occuparūt, eas in iugi ser-

*Turcarum po-  
tentia, & que  
Christianorū  
apud eos li-  
bertas.* uitio ac tyrannide perstisset. Nam Turca tam innumerabili hominum frequentia, totq; militaribus uiris abundat, ut statim in singulis oppidis ac Regnis expugnatis, munitissima præsidia imponat, quæ contra hostiles conatus loca semel uicta poterūt ac strenue tuēantur. Non sum autem nescius, quod quemadmodum Veneti, & nōnulli Principes, Græcis, Iudeis ac Thracibus nō modo publica commertia, liberosq; eundi, ac redeundi commeatus: uerū etiam cætus ac sinagogas permittunt, in quibus citra metum conueniant, idē quoque ab Ottomanis Principibus in eorum ditione concedi, eoq; illius imperium sub inde

Inde maius atque augustius reddi: sed tamen simul fatendum est, hos omnes, quibus ea facultas datur, saepe in grauiissima pericula incidere, omnesq; ab eorum nutu & uoluntate pendere, adeo, ut si paulatim ab hoc animo deflexerint, uel minimo temporis momento & fortunis, & ipsa etiam uita exuantur. Est nihilominus interea summo beneficij loco ducendum, quod uectigalibus ac externa obedientia contenti, nihil (quoad internas actiones) ulterius requirant. Cæterū qui iure belli, uel aliquo sīnistro numine in eorum potestate inciderunt, quam a priori statu & conditione alieni? Quam omnino miseri extimandi præ illa tempestate, qua utroq; munere fruebantur? Ecquod aliud hominum generi a Deo amplius, aut præstabilitius dari potest? Quam uero pauci remanerunt ex ea multitudine, quæ nondū subductas regiones incolebat? Quis modo ex nostris Lesbon, uel Rhodum inhabitat? Quis hac ætate ora Pannonica delectatur? Quis denique in ulla Imperij parte, quod ab eis regitur, ulla immorandi uoluptate allicitur? Nec sanè hoc mirum uideri debet, cum palam sit, eos cum fide, tum uiuendi ratione a nobis quam plurimum dissen-

tire. Si quid autem sit quo illorū permis-  
sa nostri potiantur, id multò magis sit eo-  
rum priuato emolumēto, quām ut aliqua  
erga nos benevolentia & charitate affici-  
antur. Quid morum barbariem, & contē-  
ptum omnium bonarum disciplinarum  
qui passiū apud eos regnat, sic ut nullo  
penitus loco habeantur, commemorem.  
Hæc enim omnia plusquam satis cognita  
sunt, nec sine gemitu & lachrymisque quo-  
quam enarrari possit. Sed quoniam hit  
potissimum de Cypro, eiusq; presenti sit-  
tu nunc mihi sermo habendus est, non ab  
re fuerit, si oratione paucō altius repetita,  
quām breuissimē, ac summarim attigerō.  
q uam Principes in ea hucusq; dominati  
sint. Nihil modō sum dicturus de his, quā  
ante Christi aduentum, uel sub Romanis  
Imperatoribus accidēre, partim ne uidear  
ab ouo usq; ad mala (ut dicitur) uelle inci-  
pere, partim etiam quia nō desunt veteres  
ac probatī authores, qui olim hæc omnia  
memoriæ prodiderunt. Quæ uero de illi-  
us situ, deq; alijs rebus quas gignit, poste-  
ris tradiderunt, ea uisum est h̄c addere,  
quām paucissimis uerbis : ut Lectori hac  
aliunde inquirenti labor minuatur, simul  
que ut tanti Regni opulentia, & dignitate  
h̄c

## LIBER PRIMVS.

hic ob oculos posita, magis magis q̄, quā-  
ta sit iactura, quam fecimus, omnibus in-  
notescat. Ex horum itaque monumentis Cypri de-  
constat, hanc Insulam Famphilio mari ab scriptio.  
Oceano allui: à meridie, Aegyptio: ab or-  
tu, Syrio, à borea & septentrione, Cili-  
cio, & inter maiores maris Mediterranei in  
sulas locum sibi uendicare. Scribunt, in ea  
olim fuisse quindecim oppida illustria,  
nunc pauca omnino conspicuntur, in  
quibus est Famagusta littoralis ciuitas, &  
totius Insulæ emporium, portu & uecti-  
galibus prædiues: Regia uero ac metro-  
polis, Nicosia. Hæc sanè Insula nulli  
prorsus inferior censenda. Nam et ui-  
no abundat, & oleo, frumenti quoque  
satis habet. Aeris etiam metalla in ea  
fuerunt, in quibus uitriolum, & rubi-  
go æris nascebatur, ad medicinæ usum  
idonea. Canna mellis multa in ea repe-  
ritur, ex qua saccarum excoquitur. Ex  
pilis etiam Caprarum pannus confici-  
tur, cui Zambelotum nostra ætas nomen  
dedit. • Plinius scribit Cyprum Sma-  
ragdo, Christallo, ære Cyprio cognomi-  
nato, Adamante, & alumine esse nobilem,  
quam aliquando adnexam cōtinenti puz-  
tat unā cum Cycladibus insulis, eamq̄ue  
postmodum ab ipsa Syria æquoris saeu-

Aa 4 tia

## 8 DE BELLO CYPRIO

tia disiunctam fuisse. Multas res ad alias Gentes mittit, ex quibus lucra non pauca redundant. Alienis non multum eget: sed aërem parum salubrem habet. Tota insula delitij incumbit, & foeminæ admodum lasciuæ sunt. Habet in circuitu quadrin-  
genta & uiginti septem millia passuum, in  
longitudine uero ducenta. Illud etiā haud  
planè omittendum uidetur, hanc olim ita  
opibus inclaruisse, ut latius ærarium po-  
puli Romani, quam ullus triumphus im-  
pleuerit. In hac præterea dicunt sine ullo  
externo subsidio fabricari posse maximas  
naues, omnisque illarum apparatus haberis.  
Sunt enim in ea procerissimæ arbores p  
malis, pix ad liniendas naues, & linum pro-  
uelis ac funibus texendis. Ante hoc bellū  
ex ea ingens prouentus suscipiebatur ex  
bombycibus, cuius incredibilis copia Ve-  
netias ferebatur. Ibi etiam crescit elegans  
sal, quod in modum glaciei foditur ex ter-  
ra. Cæterum ut totius insulæ nobilitatem  
ac excellentiam uno uerbo amplectar, hæc  
olim dicta est Macaria, quod nomen satis  
indicit, qualis olim extiterit. Hæc in præ-  
sentia de Cyprio situ & commodis quæ  
inde proueniunt. Non sum autem igna-  
rus, à nonnullis etiam recenseri quæ ibi  
post Imperij Romani declinationem atque

## LIBER PRIMVS.

que interitum ad hoc usque tempus accidere. Verumtamen, ut hæc magis in aperto sint, ea modo laconicè repetam, ut instar epitome sint eorum quæ alibi fusius enarrantur.

Cadentibus rebus Romanis, hæc insula diu sub Imperio Græcorum extitit. Anno autem octuagesimo octavo supra centesimum & millesimum Christianæ Salutis, cū Federicus Aenobarbus Imperator, Quis olim fuit Cypry, & Venetor per Philippus Galliæ ac eius filius, & Richardus Angliæ Reges, cum nonnullis alijs Regulis ac Proceribus in comitijs decreuissent relictis in Iudæa Christianis subuenire, omnesq; iam se ad bellum accingerent, ipse quoque Richardus uestimenta classe instructa, Hierosolymam petijt. Cūm uero in hanc Insulam tempestate delatus, portu ab incolis prohiberetur, grauissime infensus, illicò arma quæ in Sarracenos parauerat, in Græcos uertit, eisque deiectis, Regnum suæ ditioni subegit, deinde spoliatum, firmoq; suorum præsidio communitum, reliquit, ut institutam nauigatione prosequeretur. Paulò post humanis rebus uariantibus, illud Regnum ad Gallorum Reges deuenit, postq; uarias successiones ad dnos fratres, quorum alter alterum interfecit. Hunc, Petrum nomine, Genuen-

A a s ses

ses max' mis iniurijs prouocatis, potentissima classe adorti sunt, & captum una cum grauida uxore Genuam perduxerunt, Regnici possessionem armis obtinuere. In ea captiuitate Regina prægnans puerulū enixa est, cui Iano, inditum nomen. Tandem tributo imposito, uenia Regi data est, & ad suos cum Regia dignitate redire concessum. Huic post obitum successit Ianus, quem paruo tempore interfecto, Memphiticus Rex munitissima classe inuasit, eumque captiuum abduxit, & uniuersum Regnum in suam potestatem redegit. Rex postea centum & quindecim millibus aureis redemptus, & tributarius Aegyptiorū factus. Hic ubi aliquandiu imperasset, tandem relicto filio impubere, è uita cōmigravit. Is, ubi primū adoleuit, uxori duxit ex familia Monferratēsi, qua breui mortua, Helenæ ex Paleologorum prosapia nupsit. Huic ex concubina Iacobus natus est, ex cōiuge aut̄ orta est Carlota filia, quæ iam adulta, nupsit Ioanni Patrueli Regis Lusitanicæ, qui ex Procerū consensu in Regnum est accersitus. Cum is aliquādiu regnasset, cōsentiente Regina (ut fama est) ueneno sublatus interiit. Iacobus interim ab amicis Rex appellatus. At Carlota ipsa, et regnandi cūpida, & suauis matris ac principū virorum

uirorum Ludouico Sabaudiae Ducis filio  
nupsit, iubeturq; celerrime uenire in Cy-  
prū. Alter cū se imparem esse cognosceret,  
Rhodū petijt, ibiq; nō parua amicorū ma-  
nu coacta, in Cyprū nauigauit, clamq; re-  
giā urbē ingressus, omnes sibi offensos in-  
teremit, & bona inter amicos partitus est:  
deinde in Alexandriā se cōtulit, opē Sul-  
tani imploratus, eiusq; patrocinio atq;  
armis regnū adeptus est. Helena uero pau-  
lo ante decesserat, eiusq; uir Ludouicus co-  
actus excedere. Iacobus interim rerū poti-  
tus, duxit uxorē Catherinam filiā Marci  
Cornarij Patripj Veneti, quae post mortē  
patris adoptata a senatu in filiā, regnū quo  
que ad senatū transtulit, & licet filium ge-  
nuerit regni hæredē, concessit tamē filius  
in fata, relicto senatui regno. Mortuus est  
aut̄ Iacobus Rex, Anno ab humana redē-  
ptione supra millesimū quadringētesimū 1470  
septuagesimo, relicta uxore pregnāte. Ve-  
neti ex eo tēpore uniuerso regno pacifice  
sunt potiti. Quia uero Turcis finitimus, &  
propterea maioribus periculis obnoxius  
est, ibi semper aliquod militare præsidium  
habuere, arcesq; ac loca maritima diligēter  
custodiri iusserūt. Et si aut̄ uarijs tēporib.  
plurima & grauissima bella cū Ottomanis  
terra mariq; gellere, nunq; tamen Cyprū,

ex

## 22 DE BELLO CYPRIO

ex quo in Venetam ditionem uenit, ea nati  
 tio infestauit, eoq; minus modo sibi me  
 tuere uidebatur, quod inducias cum eis ins  
 erat, Anno, à Christi Seruatoris natali su  
 pra millesimum & quingentesimum, tri  
 gesimo nono. Ex ea tempestate res Vene  
 tiae in summa pace ac tranquillitate consti  
 tere, omniaq; apud eos mirificè floruerūt.  
 Illis enim liber aditus undiquaq; patebat.  
**Hinc** merces omnigenæ, hinc omnium re  
 rum copia, hinc denique uniuersa, quibus  
 imperia uigere solent, largissimè afflu  
 bant. Diu quidem atq; acerrimis odijs di  
 micatum est inter Carolum Quintum, &  
 Galliarum Regem, posteaq; inter eundem  
 ac Regem Hispaniarum, diu etiam inter  
 Ottomanam & Austrianam familiam. At  
 ipsi per multos annos nulli bello se pro  
 fus immiscentes, cum omnibus concordia  
 atq; amicitiam colere studuerunt. Etsi ue  
 ro neutri partium fauebant, non tamen in  
 terim legatione missa, utrosq; amanter ad  
 pacem hortari desierunt. Quod autem hu  
 iusce rei tam studiosi & cupidi forent, nis  
 nime ob id culpados censendū est. Nec  
 enim eos latebat, quam dira & cruenta bel  
 la cum omnibus ferè Potentatibus olim  
 gessissent: quamq; sœpe suam Rempublis  
 eam in apertum ac summum discrimen  
 obie

Pax inter Tur  
cam & Vene  
tior.

1539

obiecerant. His non modò plurima op-  
pida & urbes: uerum etiam interdum in-  
tegras Prouincias amiserunt. His aliquan-  
do ærarium exhaustum: his tandem se ac  
suos uix amplius tueri posse uidebantur.  
Quod si unquam accidit, sub Maximilia-  
no certè Imperatore huius nominis Pri-  
mo, id potissimum experti sunt, cùm is fœ-  
dus ac societatem contraxisset cum omni-  
bus ferme Regibus ac Principibus Euro-  
pæ, tantummodo, ut illos omni ditione pri-  
uatos, ad extrema quæq; redigeret. Tunc  
sanè de illorum Republica quæ paulò ante  
florentissima nulliç; secunda fuerat, pen-  
tus actum uidebatur. Breui tamen post,  
collectis viribus, Marteque dextero, quic-  
quid in rāto bello decesserat, paruo inter-  
vallo, & mira quadam uirtute ac fœlicitate  
recuperarunt, breuiç; cōtra tot Principes  
inlyta & gloria uictoria sunt potiti.  
Quid memorem quām sæpe, uel cum solis  
Genuensibus acie dimicarint, quanta' que  
clades utrinç; illata? Quid deniq; imma-  
nissima bella recensem, quæ illis cū Tur-  
ca hoste omnium potentissimo & summo-  
pere formidabili extitère, in quibus modò  
ipsis, modò illi fortuna suo patrocinio af-  
fulxit, sæpeç; factum est, ut ambo prælijs  
defatigati, pacem expererent, ac æquas u-  
terc;

terq; conditiones offerret? Nec sane, præsertim hoc nouissimo prælio quod cum Turcis habuerant, ullius rei tacturam paf-  
fi essent, nisi eorum consilia, quæ arcane in  
senatu agebantur, hōsti per quos minime  
decebat, nefario quorundam scelere inno-  
tuissent. Sat enim notum est, quomodo  
præter pecuniam illi numeratam, quæ tre-  
centorū milliū aureorum summā imple-  
bat, Nauplium ac Epidaure Peloponnesi  
urbes trādiderint. His itaq; nulli omnino  
crimini uertendū est, si quass inducias cum  
hoste inicrāt, pro uirili conseruandas, &  
cū reliquis amicitia colendam statuissent.  
Quod uero nunc arma resumpserint, cum  
auiti splendoris dignitate, tum etiam ne-  
cessitudine factum esse, nemo sanæ mētis  
inficiabitur. Ut autem res plenius pate-  
fiat, quid prium causæ furent, ostēderit.

Veneti, ut primū de Solymani obitu au-  
diuere, in suspitionē uenerūt, ne Selymus  
eius fili⁹ ac Imperij successor, feedus, quod  
sibi cū patre intercedebat, uiolaret, bellūq;  
aliqua ex parte inferret. Sciebant hunc esse  
mōrē & naturā Regū domus Ottomani-  
cæ, ut patēnū soliū adepti, semper aliquid  
insigne moliantur, quo egregia suorū ma-  
iorū facta, bellī gloria & victorijs ad rece-  
dant, vel sātem adæquent. Etsi uero haud  
mul-

Veneti pro-  
diti per insi-  
dias.

multo post illius obitū, per legationē (cum  
 mos est) nouo Principi adeptum Imperiū  
 gratulati sunt, ac eas lēm pacis cōditiones  
 quas antea cum parente habuerant, ab illo  
 etiam sibi confirmari uidebant, minimē ra-  
 men suspitione caruerunt, ne t̄s aliquādo  
 secus ageret, quām uerbis p̄r̄ se ferebat.  
 Hęc aut̄ tanto magis eorum animos ir-  
 p̄fit, quod Arabiā, reliquaq; Prouincias  
 quę initio sui Regni à se defecerant, in pri-  
 stinum obsequium & obediētiā redactas,  
 pro certo audiuerant. Ipsum quidem Per-  
 farum Regem per nuntios illi gratulatū,  
 prioremq; pacem ab utrisq; stabilitam, jā-  
 dūdum intellexerant. Quod uero ad Ma-  
 ximilianum Cæsarem attinet, illi cum Se-  
 lymo ad certum tēpus inducias peractas  
 esse, minime ignorabant. Supererat Hispa-  
 nus, in quem Turcarum tyrānus ueteri o-  
 dio incitatus, bellum gereret, idq; procul-  
 dubio facturus uidebatur. Ad hoc enim  
 haud mediocrem illi occasionem præbe-  
 bant motus in Boetica Prouincia per Mai-  
 fos excitati, ad quos (instante etiā Ioanne  
 Miches) militaria p̄sidia trāsmittere co-  
 gitārat. Verū hic postea (ut fama est) quo-  
 rundā pecunij amplisq; pollicitationib.  
 corruptus, totū animū eo intendit, ut V. e-  
 netis bellum inferretur. Nec sanē interim, suagor,

hos

hos latebat, quam acri odio Venetum genus ac nomen iam dudum prosequeretur. Hic itaque cum purpuratos ac proceres, tum præcipue ipsummet Selymum, apud quem, prius etiam, quam patri succederet, plurimum gratia & authoritate ualebat, subinde magis magisque, ut hoc ageret, incitabat. Ut uero huiusc rei iustam causam habuisse uideretur, a Cypris rebus inchoandu suadebat. Is porro per faciles aures huic præbere consueuerat, & licet quietus ante placidoque ingenio plærisque uideretur, tamen plurimis rationibus adductus, hoc bellum suscipere constituit, cohortante in primis ac extimulante Miches, qui ut illius mentem ad hoc facilius impelleret, in colloquium admissus, & idoneam opportunitatem nactus, coram eo huiuscmodi orationem habuisse fertur.

UNIVERSI PRINCIPES magno ac excellenti ingenio, de quibus memoriae proditum est, omni ope ac studio procurarunt ei Regna & imperia extendere, ad quæ ipsi sua uirtute, aut hereditario iure perueniunt, nullaque sumptui seu labori pepercere, ut eam dignitatem obtinerent, qua homines in terris degentes, Diis immortalibus quam similimi redduntur, eorumque nomina illustria æternaque habentur. Hinc utique factum

sum est, ut Cyrus, Alexander cognomen  
to Magnus, Pirrus, Annibal, Cæsar, Atti  
la, Mephitici reges, omnesq; tui aui, ac pro  
aui, & ipse in primis tuus pater, adhuc ui  
uant, semperq; cum summa & perenni glo  
ria uicturi sint. Tu uero Imperator, nisi ti  
bi ipsi defueris, opportunissimam occasio  
nem habes, qua omnes, quos ante dixi, lo  
go interuallo superes. Hanc autem nullo  
modo tibi e manibus elabi finas, quin po  
tius alacri & forti animo amplectere, il  
ludq; dies ac noctes tuis præcordijs fixum  
adhæreat, occasiones, uti tempus, præter  
uolare, & nisi dum illæ se se offerunt, assu  
mantur, frontem uertere, nec se amplius  
lenes placidæ sque, præbere, at potius  
infensas turbidasq; præclaris conatibus  
aduersari. Quæ nam uero illæ sint, eas nūc  
tibi aperiā. Tu modò (magnanime Rex)  
dicens benignas aures porrige, quidq;  
nunc tibi Deus tati Imperij author & pro  
pagator, spondet, mecum paulisper ani  
maduerte, & quæ in medium adducam, si  
solidis rationibus innixa uideris, mature  
ac sedulo perfice.

Maiores tui non minus scientia rei mili  
taris, quam singulari prudentia, iustitia &  
fortitudine insignes, multa & uaria bella  
gessere cum his nationibus, populis acre

Bb gibus,

gibus, qui eandē ferē, quam ipsi religionē  
 sectabantur, exq; his plurimos, quorū Im-  
 perium late porrigebatur, omni ditione  
 ac etiam interdum uita exuerūt. Cum his  
 autem qui Christiani appellātūr, gens no-  
 bis omnino infensissima, uel Græci sint,  
 uel Romani (omnes enim, licet in quibus-  
 dam rebus, ac externis ritibus, haud modi-  
 co inter se discrimine dissentiant, & qui uis  
 eorum suum dogma purius existimet, &  
 propterea maximo sunt inter se odio, pror-  
 sus idem profitentur) cum his inquam sæ-  
 piissimè pugnat um est, & nostri, ut pluri-  
 mū, præclarissimas uictorias reportarunt.  
 Ut autem reliquos nunc silentio prætere-  
 am, tuus pater, Princeps bellicosus, om-  
 niq; uirtutū genere ornatissimus, quam-  
 uis opima spolia, æternamq; laudis gloriā  
 ex plurimis prouincijs regibusq; pdomi-  
 tis consecutus sit, contra eos tamen qui  
 Christo nomina dederunt, quam prosper-  
 rimè ac fœlicissimè dimicauit. Huius autē  
 laus tanto utiq; maior censenda est, quan-  
 to illa ætas Hispaniarum regem habuerit  
 & regnorum numero, & quadam uirtutis  
 opinione, ac etiam fortuna ipsa, quæ subin-  
 de illius cœptis aspirare uidebatur, min-  
 imè contemnendum, in quem tamē eiusq;  
 fratrem persæpè arma sumpsit, & fœlici

Marte

**Solymanus**  
**Princeps bel-**  
**licosus, &**  
**Christiani no-**  
**minis perse-**  
**tutar.**

Martē pugnauit. Huius enim tempōribus  
ipse Rhodum, omnem ferē Pannoniā, plu-  
rima deniq; oppida, quæ Venetis parebāt,  
suo Imperio adiecit. Quid modē coim-  
morem, quam īgenti, & propē in numera-  
bili exercitu bis Viennam inuaserit? Hoc  
uero et si neutiquā ex animi sententia suc-  
cessit, minimē id sibi ascribēdum: at Fortu-  
nae, quæ cūm in omnibus rebus, tum præ-  
cipue in bello dominatur, in quo plurimū  
sanē aberrant, qui sibi omnes secundos re-  
rum euentus polliceri audent: idem quo-  
que dici potest de durissima illa Melitensi  
obſidione, quę longē alium, quam ipse re-  
batur & sperabat, exitum fortita est. His ta-  
men haudquaquam deterritus (prout sem-  
per fuit animo infracto ac excelsō) urbem  
Viennā tertio adoriri statuerat, eamq; om-  
nino expugnasset, niſi pulcherrimos illi-  
us conatus mors inuida fregisset. Etſi autē  
quod maximē optarat, perficere nequiuit,  
uestri tamen præclara trophæa tum ex ho-  
ste retulerunt, illi (præter alia loca) duabus  
arcibus, Quas ipſi nullo modo capi posse ar-  
bitrabantur, ademptis, uidelicet Seghesto,  
& Iula, unde tibi aliquando ad Viennam  
occupandam (quod breui futurum augu-  
rō) aditus facillimē patebit. Nam existi-  
mo, Deum noluisse tuo genitori hanc ui-

ctoriam elargiri, ut tibi olim tanquam summo monarchæ, ac totius orbis terrarū dominatori, tantus honor dignitasque reseruatur. Ut hoc autem assequare, alia via tibi aggrediendū est, & quænā ea sit, hisc expone re non grauabor. En modo habes Imperium, ut longē latēque augustissimum, ita etiam summoperē pacatum atque tranquillum. Primis illis temporibus, quibus ad regni habenas & gubernacula euectus es, nonnulla (fateor) dissidia & defectiones in quibusdam regionibus tibi subditis, excitere. At illæ, Dñs fauentibus, tuorū mque cōsilio atque prudentia, breui, & citra cruorem, sedatae sunt. Cum Perse, qui cum persæpe tui progenitores acris & aspera bella gessere, nunc tibi amicissimè cōuenit. Cum Rege Maximiliano, quem ipsi Cæsarem appellant, iamdudū inducias pepigisti, quas sanè ille haud facile uiolabit. Ipsi quidem Germaniæ principes (citram quorum auxiliū aduersus te nihil ferē potest efficere: quoniam ab his cogitur implorare opes virorum, armorum & auri, quoties tecum certamē habet, sicut tia reliquis, quos ipsi met ad eandem dignitatē extulerant, hucusque factū est) non sine magna difficultate, ut aliquid in te moliantur, impelli pore runt. Scīūt enim quot sumptus impendet, quum

**Cur Germania non libenter suscipiat bellū in Turcas.**

quum in eorum conuentu ex publico suffragio decernitur, ut contra te bellum suscipiatur, idq; non ut aliqua loca tuæ distinctionis oppugnent<sup>h</sup> hoc enim nunquam, uel perraro<sup>d</sup> audent<sup>r</sup>) sed tantum ut se, suaque tueātur atq; defendant. Quatenus uero ad Hispanum attinet, et si multa regna possidet, ea tamen uariè distracta sunt, locisque disiuncta, quin etiam eius uires his paucis annis admodū attritæ feruntur. Scis enim, quām male in insula Meninge suis optatis Hispana clas Fortuna respōderit. Post hæc tempora se- des in insula cutum est Mauritanum bellum in Boetica Meninge. regione, quo Hispanorum uires mirum in modum fractæ ac debilitatæ sunt. In hoc enim incredibile dictu est, quot millia uiro Mauritanum bellum Hispanis calamitosum, rum interierint. Inter hos autē fuere pluri- mi ex ueteranis militibus, clarisq; ducib. ac illustribus uiris, qui prius egregiam in bellicis rebus operam nauarunt. Igitur in præsentia existimandū est, eam prouinciam hoc tempore & fortibus uiris, & pecunia parum abundare, ut cuncq; illi iacent sibi per amplas opes ac thesauros annuatim e: orbe (ut aiunt) a se reperto, in Iberiā trans ferri. Quid iam dicam de his regionibus quas habet in Belgio? Nónne ad maxim ferē solitudines redactas audimus, & uect galibus expilatas? Ipsa quidē Antuerpi.

Bb ➤ qu

## 22 DE BELLO CYPRIO.

qua urbe (tuo Byzātio excepto) nulla x-  
quē opib. ac mercibus florebat, nūc squal-  
lida, miseraçō iacet, potiusçō militari præ-  
sido, quām ijs artibus & ornamentiis, qui-  
bus antea fulcitur. De illis autem ditioni-  
bus, quas possider in Italia, quasçō ipse-  
met olim perlustrauit, eas cūm soli uberta-  
te, opumçō magnificentia, rūm hominum  
ingenijs atçō armorum gloria uix ulli om-  
nino cedere, tamē huiuscmodi sunt, ut o-  
mnibus arcibus & munitiorib. locis præ-  
ciantur Hispani, quā gentem, non nisi coa-  
cti atçō inuiti tolerant. In singulis ergo ut-  
bibus atque arcibus ualidum præsidium  
constituat oportet, nisi ea quamprimum  
uelit amittere, atçō idcirco exiguum inde-  
manum potest colligere. De Galliarum re-  
ge, non video cur tibi quicquam ab eo me-  
tuendum sit. Nullas enim (ut opinor) hic  
habet causas, cur in præsentia quicquam  
in te hostile moliatur, fœdusçō ac societa-  
tē, quam eius auus cū tuo genitore iniuit,  
& Henricus pater confirmauit, nulla data  
occasione, uiolare constituat. Adhæc nō n-  
ne per decennium Gallia plusquam ciuili-  
bello laborauit, adeò ut strenuissimus qui-  
que aut dolo, aut ferro interierit e Britan-  
nia, Hibernia, & reliquæ insulæ quæ ad Se-  
ptentrionem uergunt, lōge absunt, ideoçō  
minus

minus incommodi ex eis impendet. Præterea (ut ex quorūdam literis adfertur) satis nunc habent quod inter se agant, cūm partim diuersa fidei persuasione, partim etiā politicis rebus apud eos principū animi uarie sint affecti. A' Polono, & Moscouita, nihil tibi omnino metuendū est. Nā ipsi inter se acribus bellis conflictantur. Itaque omni alia expeditione posthabita, in Venetos bellum para. Ut uero æquissimam huiusc rei causam te habuissē ostendas, Cyprum repete, quam ipsi tot annos iniuste occuparunt, cūm tamen tibi iure debeatur. Hoc autem si dengauerint, tum statim, quod tuum est, ui atque armis, ut recuperes, licebit, breviq; huīus uoti compos efficeris. Nam ea insula & tuo Imperio uicina est, & plurimi ex indigenis ultrō ac libenter tua castra sequentur, pertæsi prioris dominij, ac tua sceptrā longē præferentes. At si forte tuis postulatis annuerint (quod tamen si nulla re alia, saltē patricij nominis dignitate haud facturos putandum est) tu nihilominus audacter illos inuade, Cyproq; potitus, Cretam etiam posce, uel armis deuince, omnemq; illorum ditionem terrestribus copijs & ualidissi-

ma classe uno ac eodem tempore oppugna. Sat enim diu regnarunt. Nec decet, ut ipsi de excellentia & diuturnitate suæ Republicæ, quam, ipsi æternam se à Dñs habuisse, iactant perpetuò (uti solent) glorientur. Othomani principes multa olim regna, & urbes, quæ aut Aristocratiā, uel Democratiam sequebantur, uarijs temporibus expugnarunt. Hanc uero si ipse tibi subdideris, ut sanè (excepta Romana, & Lacedæmonia, quas tamen, si legum statuta, & temporis longinquitatem respexeris, longè superauit) reliquis omnibus præstat, ita etiam tibi ex hac uictoria maior gloriæ cumulus accedet. Illa uero tanto insignior atque illustrior futura est, quanto magis ea tibi aditum ad totius Italæ imperium patefaciet. Nec sanè ad hoc unquam peruenies, nisi prius hanc Virginem (sic enim ipsimet suā metropolim appellant) subegeris. Si tuus genitor posthabita Vienna, suas uires in eos hactenus uertisset, iamdudum uniuersa Italia potitus esset. At (sicuti omnino mens præsigit) Deus hanc fœlicitatem tibi solidi reseruatam uoluit. Ipsi quidem classe, instructa, necessariam defensio-

ncm

defensionem parabunt, se<sup>cqz</sup>, suorum<sup>cqz</sup> ma-  
iorum res gestas magnificè (uti consue-  
runt) efferendo, seipso<sup>s</sup> tibi non modò pa-  
res, uerū m<sup>etiam</sup> (quoad rem nauale spe-  
cat) longè superiores arbitrantur. At bel-  
li euentus longè secus demonstrabit. Mul-  
ta illi quidem hactenus haud mediocri cū  
laude gesserunt, & plurima egregij facino-  
ris monumenta edidēre, quibus haud sanè  
obscurum suæ uirtutis ac potentiae speci-  
men apud pōsteros reliquerunt. Cæterū  
is mentis uigor, eaque bellicæ disciplinæ  
laus diu quidem est, ex quo in eorum ani-  
mis obsoleuit. Illa quietis atq<sup>e</sup> otij diutur-  
nitas, ex mera tui optimi parentis benigni-  
tate concessa, ita eos molliuit ac eneruauit,  
ut pristinæ uirtutis immemores, iam uel  
ad tubæ clangorem belli<sup>cqz</sup> sonitū exhor-  
refcant. Nec enim per tot annos alijs rei stu-  
duisse dicitur, quām luxui, cupiditati, ho-  
norum<sup>cqz</sup> contentioni, quæ pestes cum se-  
mel in humanas mentes irrepserē, mirum  
dictu est, quām nō facile ex his auellantur.  
Ex peritis ac exercitatis militibus perpau-  
cos habent: ex ducibus ac præfectis multo  
patciores, uti etiam semper huiusc<sup>e</sup> rei pe-  
nuria laborarunt. Hijs nimirū est, quod  
pacis belli<sup>cqz</sup> tempore hos aliunde cogun-  
tur accersere, suam<sup>cqz</sup> salutem ac rerū sum-

mam alienigenis cōmittere. Id uero quām non semper tutum sit, facile ipsa experientia iudicari potest. Quid autem de commeatu, & pabulatione dicendum est? Vnde nam illi tantos parabunt, ut pro equis, ac exercitu abundē sufficiat? Quid postremo de pecunijs? Tametsi diu in pace uiixerunt, minimē tamen existimandum est, illos esse tam diuites, ac opulentos, ut diuturnum praeliū ferre possint. Habent quidem annuos redditus, & plurima uectigalia: sed maximas etiam impensas faciant oportet, quo suas arces atq; oppida tueantur, ac etiam ut in mari solum ab imo edificant, ne illorum urbs præcipua, sit contubernis, quod sane si fieret, de se prorsus auctore existimat. & propterea ne id eueniaat, modis omnibus huic rei obuiam eunt, atque idcirco illorum ærarium non est adedlocuples, ut quidam sibi falso persuadent. Sunt quidem in plerisq; priuatis ciuibus haud mediocres (ni fallor) diuitiae, hiq; & sua suæc Reipublicæ salute, aliquam summanam pecuniarum uel gratis exhibebunt, uel mutuo accommodabunt. At exigua est portio præ illa, quæ necessariò requiriatur. Contra, hæc omnia tibi abundē suppetunt, nihilq; omnino deest, quām firma stabilisq; deliberatio, ut tandem uelis, quod abs

abs te opportunè fieri potest. Ut autem uelis, & animi magnitudo qua te ipsum à natura præditū nouimus, & occasio quæ nunc se tibi pulcherrima offert, & præclara deniq; illorum, à quibus ortum atq; originem ducis, exempla te cohortantur & monent. Ipsi quidem Fortuna tibi sereno uultu applaudens, totius Italiae Imperium, si semel Venetos oppresseris, pollicetur. Ut uero id, quam fœlicissimè succedat, duo illa Regna, quæ possident, uidelicet Creta, & Cyprus, primo eis (ut dictum est) adimenda, quo deinde omni nauigatione arceantur, moxq; illorum Prouincias atq; urbes terra & aquis maximo agmine comparato, aggredere. Mihi credas uelim, perbreui abs te aut ui, aut deditione subiectur. Fieri quidem potest, ut cum aliquo Principe cuius superius facta est mentio, scodus percutiat, quo ad resistendum firmos sit, & forsitan cum Hispano, qui & potentior habetur, & sibi abs te haud parum timet. At ea minimè diuturna esse potest, quia uterq; suo commodo studet, atq; ob id alter alteri diffidere incipiet, sicuti hactenus re ipsa cognitum est. Cæterum (ut cædem finiam) ea Republica tibi quacunq; ratione submissa, cum tuis uictricibus copijs Romanam contendere, ut ea urbe occupa-

*Finis prolix  
open. A*

ta, sis, atq; habearis Romanorū Imperator.

Selymus hac oratione audita, et si an-  
cea satis per se ad hoc bellum incitatus ui-  
debaratur, his tamen suasionibus magis ma-  
gisq; accensus est, omnemq; moram licet  
breuem, nimis diutinam putabat, iamq;  
non modo Cyprum, sed uniuersam prope  
Italiam animo inuaserat. Interea cum Ve-  
neti hæc omnia non obscure inteligerent,  
& Cyprium Regnum ob uicinitatem ho-  
stilibus periculis magis obnoxium uide-  
rent, maiora præsidia illuc mittenda cura-  
runt, & loca maritima cum opere, tum bel-  
lico apparatu circum muniri iusserunt, at-  
que in primis Thremitum, & Tamassum,  
quas urbes totius insulæ primarias, nunc  
mutato nomine Nicosiam, & Famagustā  
appellant. Dum his ergo animum inten-  
dunt, omnemq; defensionem parant, By-  
zantius Imperator (id autem sic euentu-  
rum facile antea (ut dictum est) suspica-

Turca mittit bantur) Legatum ad eos misit, una cum il-  
Legatum ad lo, qui Oratori uenero à secretis inseruie-  
Venetos, eisq; bat. Hic itaque ut primum Venetas ap-  
ni si Cyprium pulit, ac in Senatum intromissus est, regias  
tradant, bellū literas exhibuit, quibus Cyprum sibi iure  
indicit. debitam, per ampla autoritate reddi postu-  
labat, ostendens, quod si eius maiores ali-  
qua ratione aut indulgentia cōmoti, hoc  
regno

regno ut ad tempus potirentur, permiserint, se hac in re ipsorum uestigia imitari nolle, quippe qui acceptum Imperium potius propagare, quam ulla ex parte diminuere esset paratus. Igitur quod merito ad se pertinere sciebat, libenti animo, & sine ulla cunctatione restituerent: Idque si facerent, eadem se in posterum erga eos uoluntate futurum, qua eius progenitores olim extiterant, fidemque & amicitiam, quae sibi, cum eo senatu intercederet, conseruaturū esse. Quod si suæ petitioni aduersarentur, protinus a se bellum omniaque belli atrocità & extrema expectarent.

Veneti audita legatione, literisque perle-

*Veneti Selys.*

ctis, haud sanè ipsius minis acribusque uerbis quicquam perculti sunt, sed ex celso in-  
uictoque animo, quo semper in quavis for-  
tuna extiterunt, per eundem nuntium re-  
spondent, sibi Regnum Cyprium hæreditariò quondam obtigisse, ideoque legitimo atque optimo iure a se possideri. In iustum igitur esse quod petat, eumque in hac re hostiliter facere. Quocirca si ambitione ac effrena regnandi cupidine adductus, uelit fœdus, sibi antea cum Solymano initum, nunc temere uiolare, ac illegitimum bellum in eos mouere, armisque rem aggredi, se quoque iisdem quod suum est, tueri promi-  
ptos,

ptos, quibus ab hoste inuadantur, nec cullo modo uereri, quin ille periuri ac uiolatae fidei grauissimas pœnas breui daturus es-  
set. Hoc responso tradito, datisq; literis,  
Turcicum legatum quamprimum a se ab-  
ire, ac Byzantium reuerti iubent. Hæc au-  
tem illis neutquam præter spem, ac de in-  
prouisò euenere, quippe qui hæc omnia  
iamdudum animo præfigerant. Porro  
haud ab re futurū iudico, si quod bienniū  
antea, idq; decima tertia die Septembris  
in eorum urbe contigerit, obiter hisc recen-  
suero, ut hinc etiam liquidius appareat, il-  
los multò antea in minimè vulgarem bellī  
suspitionem deuenisse. Id uerò est eiusmo-  
di. Venetijs nocte intempesta, in nauali-  
bus accensus est ignis, in puluere sulphu-  
reо, qui tamen semper summa cum uigi-  
lantia custodiri solitus est, atque illicò tri-  
ginta cadi eo puluere oppletī, exusti sunt  
isq; tantum fragoris ter infra breuissimū  
spatiū emisit, ut eres turres, in quibus pul-  
uis asseruabatur, disiecerit, adeò ut tota  
urbs tremeret, tantusq; ignis per aér emi-  
cuit, ut omnia ædificia ruitura, seq; flāmis  
protinus extinguedos, singuli somno es-  
citati omnino existimarent. Huius ui-  
res in uarias partes reclusæ, fenestræ pate-  
factæ, ultra ubique fracta sunt, nemoq; de  
huiusmodi

*Tormetarius  
puluis in Ve-  
netorum ar-  
mamento i-  
gne accensus.*

huiusmodi igne quicquam suspicari, sed tantum credere, illa esse fulgura & sagittas cœlitus emissas, licet sereno æthere, astrisque micantibus, eoq; magis hæc persuasio illorū animos occuparat, quod magis pauid ante quidam libellus in lucem exierat, in quo prædicebatur, eodem die fore ingētia tonitrua & fulmina, quibus ædes considerent, omnesq; funditus interirent. Cæterum statim fama diuulgari cœpit, hunc ex naualibus proficiisci. Omnes itaque, cum nobiles, tum cæteri proditionem ueriti, armis correptis, in atrium diuī Marcii accurrerunt, deinde rectā in eum locum, unde flamma oriri ferebatur. Disiecit novos muros, excepta ea parte quæ ad Muranum uergit, totumq; cænobium Cælestiniū, ubi moniales degebant, in quo quidē una ex eis occubuit, reliquæ ferè omnes mutilis membris remanserunt. Loca finitima propemodū omnia euersa sunt. Cæterum, quatenus ad nauigia, ne minimū qdem illorum ex tot numero, quæ ibi aderant, hoc incendio flagrasse, arcq; omnino perpaucos interisse narratur, quod quidē haud sine maximo diuini numinis beneficio evenit. Muranum oppidum, ubi omnia ultra efficiuntur, estq; illi è regione unico duntaxat millari distans, ingentib.  
damnis

damnis atque incommodis affectum est.  
Nam hæc omnia maiori ex parte fracta cō-  
ciderunt. Vis fragoris tanta extitit, ut Pa-  
tavij, Taurisj, & in ipsa quoque Istria, Illy-  
rico contermina exaudiretur. Paucis ante  
mensibus ex senatus consulto quincq;  
aut  
sex munimenta e solidis lapidibus & plū  
bea lamina coopertis, in uarijs locis iuxta  
urbem constructa fuerant, in quibus tor-  
mentarius puluis accuratissimè asseruare-  
tur, biduo'c<sup>z</sup> antea eiusdem iussu (nec sanc-  
citra singularem Dei prouidētiā, qui ha-  
etenus eam Rempublicam semper in affli-  
ctis atque aduersis rebus miro consilio tu-  
eri ac protegere consuevit) octingenti ca-  
di hoc puluere oppleti per huiusmodi lo-  
ca hinc, inde, distributi sunt, quod quidem  
nisi antea peractum esset, uniuersa turbs p'  
culdubio concidisset. Summo studio de  
authore quæsum est, ea<sup>c</sup> de causa pluri-  
mi eorum quibus prædicti pulueris custo-  
dia demandata fuerat, in carcerem cōieci-  
ob quosdam qui suspecti habebantur, nec  
tamen quicquam certi adhuc relacri potu-  
it. Præsidium in urbe duplicatum est, ad-  
ditiq; duces ac ministri, qui ubiq; sedulo  
prospicerent, ne quid omnino detrimeni  
Respublica pateretur. Quoniam uero' hi'  
de incendijs a me sit mentio, haud in præ-  
sentia

sentia omittendum censeo, quod etiam his  
 dem ferè temporibus Cōstantinopoli ac-  
 cidiisse fertur. Ibi enim (incertum est casu,  
 an consulto) igne accenso, inumeras do-  
 mos ac ædificia conflagrassæ, quin etiam a-  
 pud Tanam, emporiū situm ad Tanaīma-  
 nnem, totum puluerem tormentariū, quē  
 Turca ibi summa cura & diligentia custo-  
 diri sussicerat, à Moscouitis incensum fuisse  
 dicunt, plurimosq; mortales illis flaminis  
 extinctos. Ut uero ad inceptum redeam,  
 illa quæ domi accidebant, curam quoque  
 & cogitationem earum rerū, quæ tum ab  
 hoste foris agebantur, grauiorem indies ef-  
 ficebant, eoq; magis hoc fieri oportuit,
 *Consta. in uropy. my.*  
 quod audiuerant, Selymum ex Adrianopo-  
 li Byzantium reuersum, ibi munitissimā
 classem adornari iussisse, ac insuper hosti-  
 les copias iam collectas, & multa loca Illy-  
 ricī uarijs uelitationibus infestari, atque  
 habitum conflictum haud procul Iadera,  
 ibiq; inter cæteros, Bernardum Maripetrū  
 qui militia præerat, imperfectum, in cuius  
 locum idst continuo sufficerunt Fabium  
 Canalem, ne illa prouincia duce destituta,  
 maioribus periculis exponeretur. Dum  
 hæc igitur ab hoste fierent, neutiquam am-  
 plius cunctandum rati, e uestigio cœpe-  
 runt militum delectum habere, classera-

*Quid Conſta-*  
*tinopoli, & a-*  
*pud Tanam*  
*acciderit.*

*Turca Veneti-*  
*tis bellum*  
*infert.*

instruere, quæc<sup>q</sup> tanto bello usui forent,  
mature prospicere. Turcis uero apud se  
degentibus, mox a postulatione facta de  
Cypro, assignatus est quidam peculiaris  
locus in urbe iuxta Diui Marci aream.  
Terram nouam appellant) ubi seorsim  
forent, eorumq<sup>ue</sup> bona & merces publico  
sigillo obfirmatae. Nam Selymus idem an  
cea fecerat de Venetis, q<sup>uod</sup> negotiationis cau  
sa in eius Imperio ætate agebant, eo iumq<sup>ue</sup>  
Legatū Franciscū Barbarū publicè custo  
diri iusserat, & nulli eorū ex ædibus eges  
di dabatur, nisi custode adhibito, qui eum,  
quocunq<sup>ue</sup> iret, obseruaret. Classe itaq<sup>ue</sup> cu  
nautis & remigibus, tū quoq<sup>ue</sup>, ppugnato  
ribus, omnisq<sup>ue</sup> bellico apparatu quām opti

Hieronymus mē instructa, illi Hieronymū Zianū præ  
Zianus Vene fecere, ac VII. Cal. Iunij, solenni pōpa uexil  
tæ classis Im- lo de more tradito, mandarunt, ut se quam  
perator.

primum ad expeditionē accingeret. Pe  
idē tēpus, Rex quoq<sup>ue</sup> Hispaniarū classem  
præparari iussit, ei q<sup>uod</sup> adiungebantur non  
nullæ triremes liguricæ, ut ea deinde mi  
teretur in auxiliū Venetorū, quo (sicut in  
serius dicetur) associatis viribus, hoc bellū

Selyma clas- tantò scelius gereretur. Sed interim Ot  
sis inuadit Cy tomana classis nostram præueniens, recta  
prum. Cyprū uersus contendit, & Cal. Iulij primo  
confpecta fuit iuxta Paphum, ac proximo

die huius rei nūtium Nicosiam peruenit,  
edç in Salinis expositæ sunt omnes copiæ  
militares, quæ tum equitibus, tum pediti-  
bus constabāt, idç accidit nemine nostro-  
rum impediente. Quamuis autem Astor *Astor Baleo-*  
*Baleonus uir bellica gloria & uirtute insi-*  
*gnis, optimum factu sibi uideri diceret,*  
*ut illis equitatu & Sclopettaris quam pri-*  
*mum obuiā iretur, uiribusq; tētatis, omni*  
*ratione impedireretur, ne milites in terrā ex-*  
*ponerent. Preses tamen qui erat Nicolaus*  
*Dādulus, & Horocas Comes (uulgo Col*  
*lateralis) mīnimē illius sentētiā approba-  
bāt, ueriti, ne id fieret tā parua manu, illam  
quē nullo pacto in discriminē adducēdā, uel  
arces ac munimēta præsidij denudāda e-  
xistimārūt, cū præsertim locus hostilis fere  
triginta mille passib; ab urbe abesset.  
Quod si breuius utrinç interuallū extitil-  
ser, uidelicet ad quatuor, uel sex milliaria,  
neutriç, quō minus id ageretur, se obstitu-  
ros aiebat. Horū itaq; sentētiā præualuit,  
cū in prīniis affirmarēt, Sfortiā Palauicinū,  
cui, authoritas in re militari præcipua tūc  
erat apud Venetos, idē omnino in senatu  
censuisse. At Nicosiae Proceres militūmq;  
præfecti, omnes plane, præter Rocham cē-  
turonēm eiusq; fratres, per suos procura-  
tores scriptū lōge diuersissimū obtulerūt,*

Cc 2 quo

mam alienigenis cōmittere. Id uero quām non semper tutum sit, facile ipsa experientia iudicari potest. Quid autem de comēatu, & pabulatione dicendum est? Unde nam illi tantos parabunt, ut pro equis, ac exercitu abundē sufficiat? Quid postremō de pecunījs? Tametsi diu in pace uixerunt, minime tamen existimandum est, illos esse tam diuites, ac opulentos, ut diuturnum præliū ferre possint. Habent quidem annuos redditus, & plurima uectigalia: sed maximas etiam impensas faciant oportet, quod suas arces atq; oppida tueantur, ac etiam ut in mari solum ab imo edificant, ne illorum urbs præcipua, sit continens, quod sanè si fieret, de se prorsus actū fore existimat, & propterea ne id eueniat, modis omnibus huic rei obuiam eunt, atque idcirco illorum ærarium non est adeo locuples, ut quidam sibi falso persuadent. Sunt quidem in plerisq; priuatis ciuibus haud mediocres (ni fallor) diuitiae, hiq; & sua suæcq; Reipublicæ salute, aliquam sumam pecuniarum uel gratis exhibebunt, uel mutuo accommodabunt. At exigua est portio præ illa, quæ necessario requiriatur. Contrà, hæc omnia tibi abundē suppetunt, nihilcq; omnino deest, quām firma stabilisq; deliberatio, ut tandem uelis, quod abs

abs te opportunè fieri potest. Ut autem uelis, & animi magnitudo qua te ipsum à natura præditū nouimus, & occasio quæ nunc se tibi pulcherrima offert, & præclara deniq; illorum, à quibus ortum atq; originem ducis, exempla te cohortantur & monent. Ipsa quidem Fortuna tibi sereno uultu applaudens, totius Italiae Imperium, si semel Venetos oppresseris, pollicetur. Ut uero id, quam scelicissimè succedat, duo illa Regna, quæ possident, uidelicet Creta, & Cyprus, primo eis (ut dictum est) adimenda, quod deinde omni nauigatione arceantur, moxq; illorum Prouincias atq; urbes terra & aquis maximo agmine comparato, aggredere. Mihi credas uelim, perbreui abs te aut ui, aut deditione subiectur. Fieri quidem potest, ut cum aliquo Principe cuius superius facta est mentio, sœdus percutiat, quod ad resistendum firmior sit, & forsitan cum Hispano, qui & potentior habetur, & sibi abs te haud parum timet. At ea minimè diurna esse potest, quia uterq; suo commodo studet, atq; ob id alter alteri diffidere incipiet, sicuti hactenus re ipsa cognitum est. Cæterum (ut cædem finiam) ea Republica tibi quacunq; ratione submissa, cum tuis uictricibus copijs Romam contendere, ut ea urbe occupata,

eamen omnes huiusce rei percupidi uide-  
batur, uerbisq; ac scriptis uehemētissimis,  
id omnino se expetere, ac uelle prae se fere-  
bant, cumq; tum semel accideret, ut nostri  
hostē aduentantē illīcō inuaderēt, ac leuio-  
ribus pugnis res ageretur, in illis fuit inter-  
emptus Cortesius Macedonicus cohortiū  
centurio. Cū igitur nostros à conflictu ab-  
stinere, sc̄q; intra parietes ac mœnia cōti-  
nere animaduerterent, illīcō munimēta cō-  
struere cœperunt. Primū erexere in monti-  
bus diuæ Marinæ, quod quidē à munitio-  
nibus Podacattaro & Carrafa ducentis ac  
septuaginta passib. distabat, illudq; summa  
& incredibili celeritate absoluerūt, & nul-  
lo ferē impedimentō, licet nostri ex illis du-  
bus turrib. plurimis tormentorum globis  
eos ferirēt, ac pūrili obstarēt, ne opus in-  
choatū perficeretur. At ipsi quod interdiu  
nequiuerāt, noctu absoluerunt. Ex illo ut-  
bis ædes ac ædificia, partēq; loricæ diuer-  
berarūt, sed tamē cū exiguo detrimēto. Al-  
terū ab eis erectū est, ad locū quē indigenz  
S. Georgiū de Magnana uocitā, unde iti-  
dē domorū tecta plurimis tormentorū gla-  
dib. impetebāt, simulq; pugnationes en-  
tere conati sunt, sed frustrā, nullaq; in re-  
torū hominū ædes diruerūt. Tertiū cōstru-

xere in monticulo, quæ incolæ Margaritum appellat, q[uod] medius est inter munimentum Constantiū, & Podacattarū. Postremū in collculo montis Tomandij, ex quibus locis cū oppidi mœnia quateret ac subrueret ne quirerent, inde uiciniores facti, uenerunt ad ualum & ripas ueteris urbis, atq[ue] hic aggeribus ac fossis eō rem deduxerēt, ut nostrorū Propugnaculis ualde eminus appropinquarent. Horū autem nomina hæc fuere, uidelicet Podacattarum, Constantiū, Aulia, & Tripolis, ē quorum regione ipsi quatuor alia magno molimine constructa egerunt, eaçq[ue] circiter quinquaginta passuum distantia, ex quibus ualidam oppugnationem se facturos sperabant, nostrasq[ue] arces per quadriduum sexaginta æneis catapultis à primo diluculo usq[ue] ad uesperum invasere, nec à pilarum iaculatione desistebant, nisi per quatuor horas in meridie, id que duntaxat ob immodicum solis feruorem accidebat. Cūm autem uiderent illas in molle recensq[ue] terrenū iactas protinus hauriri, atq[ue] ibi citra nocumentum insigi, ab earum displosione abstinuerunt, remque ligonibus, batilis, alijsq[ue] instrumentis, atque aggeribus in magnam altitudinem erectis, aggredi cœperunt. Nostrī contrā, suis maioribus tormentis

tis plurima damna hostibus inferre. His tamen haudquaquam effici potuit, quin munitioni, quae a recentib. Cōtrascarpa dicitur, propiores facti, circa illam præaltum uallū erigerent, indeq; solo extracto, illud, oppidum uersus proiecabant, eoq; cōfūxit magna pars militum Scopettariorū, atq; illinc postea crebris tormentorū iictibus noctu ac die mœniū propugnatores acerrimè diuexabant. Eorum turres profundis uineis vastisq; aggerib. omnibusq; rebus miro artificio cōquisitis, undiquaq; a nostro milite, ac bellicis machinis tutæ ac innoxiae reddebantur, obq; illarum amplitudinem ibi haud mediocre præsidium collocari, nec citra ingens periculum quispiam eorum aut lædi, aut loco dimoueri poterat. His peractis, continuo sibi aditū in oppidi fossam altissimis uallis patefacte, terramq; ad munitionū latera, unde sibi magis metuendum uidebant, projere incooperunt, & cespite ac uirgultorum fasciculis ab eorum equitatu citra ullum ex nostris incommodum (licet qui erant in oppido, huic rei quam maxime obstatre cuperent) hinc inde translati, præaltas munitiones erexere, quibus nostra propugnacula, unde aliqua ex parte lædi posse suspicabantur, ferē inania reddebant.

Postrēmo

stremo superiorem nostrarii turrii partem  
diruere instituerunt. Id aut ut primum no-  
stri conspicati sunt, iam grauiora ueriti, ur-  
bis praetorem, & Horocam saepius adire,  
ac eos rogarunt, ut sibi egredi copiam  
facerent, quo armis hostilem conatum re-  
tunderent. Etsi uero illi horum petitioni  
ac uoluntati perpetuo resistere, cum praes-  
ertim ex Italib[us] paucos iā superesse, itemq[ue]  
ex euocatis militibus peregrinam manū  
relictam conspicerent. Si quidem ea xsta-  
te infelicem illam urbem, praeter durissi-  
mam obsidionem, qua misere oppressi fu- Pestis in urbe  
erant, quædam communis & tabifica lues Nicosia. 1573  
inuasit, eaçq[ue] non modo plurimi ex Italib[us] co-  
hortibus, uerū metiam ex omnibus reli-  
quis promiscue, ac praesertim ex euocatis,  
ē medio sublati sunt. Nam ex prioribus,  
quorum quidē numerus initio ad mille ac  
trecentos extendebatur, nonnulli morbo  
absumpti sunt, plerique in oppugnatione  
fortiter dimicando interempti, uel saucia-  
ti, eoçq[ue] tandem redacti, ut quinç & qua-  
draginta dierum spatio in quindecim gra-  
uissimis inuasionibus quadringenti solū  
modo apti ad prælii remaneret. His ergo  
de causis factū est, ut exeundi facultas ne-  
garetur. Cū tamen ipsa necessitas urgeret,  
lāçq[ue] urbi extrema calamitas immittere ui-

Cc 5 deretur,

deretur, & cōmuni cōsensu decretum est, ut auxilia & oppidanū unā cū Italī ac Epīroticis uel tibūs egressi, hostē adorirentur. Qui autē supererant, inter quos erant plurimi antiquae nobilitatis beneficiarij, aequites, ualde cōquerebantur, idē sibi nō li cere, magnaç ob id cōtumelia & ignominiā se affici aiebant: sed tamē huiuscemo dī querimonijs nihil omnino pmouerūt. Itaq; iniussu eorū quos diximus, nullo modo egredi audebant, cū id seuerissima pæna inhibetur. Quocirca Idibus Augusti, dū sol mediū ita cœlū teneret (sic enim ex publico atq; unanimi decreto sanctū est, quia Turci semper mane operibus intēti, atq; armis induiti, nostros undique oppugnabant, tunc autē se quieti ac somno dabant, subç opacis ac frondosis arborib in umbra corp, relaxabāt) circiter mille pedes oppido egressi sunt, duce Pioueno Vl cētino, qui Horocæ uicē gerebat, isçq; licet eques militare soleret, pedes tamen eo die cū reliquis exire uoluit, hasç copias una cū Alberto Scotto nobili Placentino, & quibusdā alijs ducib. ac strenuis uiris cū Italī, tum Græcis, tam scitē tamq; milititer in acie dispositi, ut ad hostium usque castra & munitiones penetrarint, duoç il līs ppugnacula, quæ statim pæ metu de serue.

Seruerant, eripuerint, tātusq; rumōr illisq;  
per castra increbuist, ut etiā in ipsis Procerū  
tabernaculis maxima ordinis perturbatio  
& cōfusio exoriretur, maiorq; pars hūc, il-  
lūc aufugere inciperet, & forsan is dies hu-  
ic tam funesto & luctuoso bello finem im-  
posuisset, si noster equitatus laborantibus  
& fessis, ac hostili agmine undiquaq; circū  
septis, præsidio (sicuti antea constitutū fu-  
erat) eo tempore aduenisset, idq; postea ipsi  
met hostes, ne dū nostri, apertissimè dixe-  
runt. Sed nostro infortunio, fati sq; aduer-  
santibus euenit, ut qui præerant, nullū ex  
equitibus egredi permiserint. Huius autē  
rei causa hæc præcipua fuisse dicitur, quod  
ipsi omnē tutādī oppidi fidutiā in nobili-  
bus ac insignibus uiris repositā habentes,  
ualdē metuebant, ne ab hoste trucidaren-  
tur, uel capti in eius potestate ueniret, cūq;  
nonnulli honesti ac generosi iuuenes ex e-  
quitū numero, quorū animi ardore milita-  
ri laudisq; studio flagrabāt, inter quos fuit  
Ioannes Faletrius, patritius Venetus, ma-  
gni animi, & gloriæ cupidus, galeis tota fa-  
cie cōperta, & quisbusdam uelitibus ad-  
mixti, oppido erumpere parati essent,  
moxq; in ipsa eruptione à Prorege, q; ea de  
causa tunc præ foribus erat, agnosceren-  
tur, ab eo acerrimis uerbis increpati sunt,

atq; iterum sub graui & seuera pæna indi-  
 cium, ne quispiam eo inscio, egredi aude-  
 ret, idemq; uelitibus imperatum, atq; hinc  
 factū est, ut pauci illi milites, quibus Mars  
 tantoperē fauebat, ut iam penē uictores fo-  
 rent, quiq; in media pugna nostros equi-  
 tes à tergo audi expectabant, quorū ope-  
 atque auxilio integra uictoria potirentur,  
 undique hostibus circumuenti, hāc, illāc,  
 fugati ac dissipati fuerint, magnacq; clade  
 affecti. In eo certamine plurimi desiderati  
 sunt, ac inter alios præfatus Piouenus, &  
 Albertus Scottus. Ex captiuis fuerunt cir-  
 citer centum, partim Græci, partim Itali.  
 Reliqui se confessim ad suos receperunt,  
 secumq; attulere nonnulla minora tormē-  
 ta, pictos arcus, & alia huiuscemodi, quæ  
 ipsi aufugiendo reliquerant. Ex ea tempe-  
 state nulli ulterius egredi permissum est,  
 aded ut hostem in eorum perniciem ac ex-  
 cidiū irruentem, absque ullo impedī-  
 mento ferre cogerentur. Interea nostri sele-  
 sū suis munitionibus continebant, easque  
 tametsi fortiter, ac strenue propugnabant,  
 minimē tamen efficere potuerunt, quin  
 aduersarij subinde diris oppugnationibus  
 eos inuaderent, & spatio quadraginta  
 quinque dierum, quindecim ualidissimis  
 atque acerrimis prælijs deuicere tentarunt,

nunc

nunc seorsim, interdum omnes confundi-  
stis adorti, licet non sine utriusque partis  
clade, pilarumque & sulphurei pulueris  
absumptione, adeo ut compelleretur mit-  
tere Tamassum, quo inde aliquo praesidio  
iuuarentur, ideoque certos homines illuc  
amandarunt, qui literas circumferrent ob-  
scuris quibusdam & incognitis charakte-  
ribus descriptas, ne a quoquam ex hosti-  
bus inteligerentur. Quoniam uero nihil  
inde responsi allatum est, cœperunt suspic-  
cari eas fuisse interceptas, ut sane fuerant.  
Nam eorum nuntios deprehensoris a By-  
zantis, procul a munitionibus ostende-  
bant, quo uidentes frustra sociorum auxi-  
lium implorari, tanto citius de pactione  
transigerent. Itaque Ioannem Baptistam  
Columbam, unum ex praefectis, & uirum  
singulari iudicio ac solertia in rebus geren-  
dis, adeos miserunt. Is ad urbem incolu-  
mis perueniens, mandata fideliter expo-  
suit, moxque ad suos (nec citra summum  
uitæ discriminem) rediit, nihilque tum ab eis  
obtineri potuit. Eandem ob causam hysde  
characteribus ad eos etiam, qui degebant  
in monte, scripserunt: at hi etiam qui lite-  
ras pertulerunt, ab hoste deprehensi, mox  
eminus ostensi fuere, ut ope destituti,  
quamprimum de urbis ditione confi-

Ista inirent. Extrema oppugnatio fuit nonna die Septembri, eaque inchoata est albente coelo, summaq; ui, ac ingenti militi frequentia, qua subinde impetus citra interuallum redintegrabant, & quatuor iinas turres muralibus machinis aggressi sunt, singulisque illarum singuli alarum duces praeficiebantur. Podacattarum op pugnabat Cilicus Bassa cum militibus ex Cilicia adiectis, & quibusdam alterius Prouinciae, quam uulgo Remoritum appellant. Constantio praeerat Musafer cum suis. Aulium, ac Tripolum obsidebant Mustapha, & Haly, ambo purpurati, omnesque iunctis viribus, nostrorum aggressores summis conatibus adorti sunt. Ex noskris, qui tribus praeerant fortissime dimicando, impressionem hostium, alacriter ac intrepidè sustentarunt, nec unquam pluteos deserebant, licet plurimi utrincip; caderent, multoque plures ab aduersa parte. Sed qui arcem (uulgo Podacattarū) protegebant, cum forte accidisset, ut opportuno praesidio carerent, obstare non potuerunt, quin hostis ingrederetur, & aream occuparet, moxque deuicti sunt, & in ea oppugnatione quicunque ex Italib; ut nobilibus viri supererant (ex quibus tamen fuerit perpauci) omnes quam acerrim

mē praeliando interfecti sunt. At euocati  
milites admodum ignauiter se gesserunt,  
quia plerique illorum se ex uinearum fe-  
nestris muroque demittentes, illico aufu-  
gerunt. Amissi munimenti fama ut pri-  
mum ad Horocē aures peruenit, conse-  
stīm una cum fratribus, Palazzo centurio-  
ne, alijisque celebrioribus uiris præsidio  
accurrit, & licet paucis serius quam fieri  
debuisset, hostes tamen summa strenuita-  
te repressit: Sed tandem numero ac mul-  
titudine oppressus, ibi cum socijs egregie  
dimicans, confoditur. Qui reliquias muni-  
tiones rubeantur, se diu summa uirtute,  
summaq; animorū cōstantia defenderūt, do-  
nec Thracibus oppidū ingressis (Id autē  
fuit nona die Septēb.) sā iamq; omnia oc-  
cupantib. à tergo ac undiquaq; cingerentur.

Tunc sanè crudelis ubique

*Luctus ubique pauor, & plurima mortis imago.*

Nec sanè ullus mortalium uerbis consequi  
posset, quam illud spectaculū fuerit mise-  
rū achorroile, quāq; omnia dirissima cæ  
de repleretur. Nā oppidani ac milites un-  
dique hostili acie circumclusi, nesciebant  
qua parte seipso iam amplius tegerent,  
uel gradum referendo, ullam salutis ra-  
tionem excogitarent. Nonnulli tamen,  
et si hiorum perpauci extiterunt, se hosti-  
bus

Nicosie

Expugnatio

Expugnatio  
Nicosiae,

bus in ipso ingressu immiscentes, ac per munitiones egressi, & angustiora loca occupantes, cum quibusdam oppidanis paucisper illorum imperium repressere, cumque illuc magna pars eorum, quos aufugisse dictum est, forte accurrisset, conspecta cum hostium frequentia & multitudine, tum nostrorum cede, statim terga uertere, nec unquam effici potuit, ut confiserent, ac in ordinem redigerentur, quin potius ira perciti, in eos, a quib. hoc fieri curabatur, imperium fecere, atque arma uerterunt. Non acie neque ullo more praelij, sed cateruatim, uti quolque fors conglobauerat, per omnes urbis uicos & plateas manus conserebantur, indecēs omnia, quā uisus erat, constrata telis, armis, cadaueribus, & interea humus infecta sanguine, cedesque passim ad sex horas diei producta est, omnibus his, qui pro vita & salute certabant, crudelissimē interēptis, & captis, qui deditione facta, hostē, ut sibi animā cōdonaret, supplici uoce precabantur, donec tandem Mustapha in urbem introiret. Is enim tam cruenta & horribili strage animaduersa, plurimosque offendēs qui arma gestabāt in curia Praetorij (quod sanè cum Antistes Paphius ingredi uellet, cōtinuò ab hoste interemptus est) & in multis alijs locis, qui in miseros ac

ac devictos quadam barbarica immanita  
te scutiebant, statim iussit eos arma depo  
nere, nos tristis blandi affectus, & ad facien  
dam deditio[n]em cohortatus est, uitamq[ue]  
(si hoc agerent) pollicitus, idq[ue] ab eis pro  
tinus factum est. Ex celebrioribus circiter  
viginti quinque, uel triginta in columnes ser  
uati sunt, ex uulgo perexigui. Hic fuit mi  
serabilis ac deplorandus exitus inscœlicis.  
Ex istis Nicofisiæ, cui quidem si cum to  
to regno peritiores duces maioresq[ue] co  
piæ affuerint, diu sane aduersam oppu  
gnationem sustentare ualuerint, & quo us  
que saltrem commeatus ibi suppeditasset.  
Quinetiam nonnulli ex peritioribus cen  
sent, si uniuersi regni uires ac potentiam  
ipsi maturius antea perpendissent, non se  
lum inimicam classem aduentantem reme  
rari, sed etiam appulsam tota[m] damnis atq[ue]  
incommidis eam nostri afficere potui  
sent, ut tandem suis rebus diffisi, animumq[ue]  
demittentes, inde omnino abitionem pa  
rascent. Poterat enim ex horum sententia  
fieri delectus ad sex, aut septem millia equi  
tum, quorum maior pars fuisset leuioris  
armaturæ, ac etiam ex his, qui majoribus  
tormentis in acie utuntur. Præterea in  
promptu haberi potuissent circiter quin  
que ac uiginti millia eorum, quos Fran  
Dd comat-

comatros appellant, super montibus propinquis Salinis in conspectu classis, qui huius uisis, hostes putassent eos uelle cum terrestribus eorum copijs prælio contendere. Cæterum et si initio maxime fuit erat, ut a nostris, dum eorum classem ad Salinas descendere passi sunt, cui quidem rei eunc omni conamine resistendum erat, ipsum tamen oppidum ex plurimorū sententia non difficulter defendi potuisset, hostisq; arceri equitatu, qui tum ibi erat, & constabat circiter quingentis uelitibus Græcis, præter beneficiarios, stipendiarios, ac uoluntarios equites, ex quibus erant circiter mille, omnes uiri manu prompti, eratq; haud exiguis numerus mediocriū equorum, quorum tamen usus maxime opportunus fuisset pro scloppettarijs, horumq; delectus haberi potuisset cum praefatis uelitibus, qui præstō semper fuissent ad inuadendum hostem a latere, si ingredi tentasset. Nam inter muros urbis ac domos tanta est latitudo, ut multi equites in acie disponi potuissent, uidelicet uirini, ac etiam plures, quadrato agmine, & in extrema oppugnatione si fuissent parati ac in ordine militari quo tempore Byzantini urbem occuparunt, & illos utrinq; per latera tormentorum iictibus inuasissent.

# LIBER PRIMVS.

Se quām facile repelli poterant. Cūm au-  
tem non forent assueti illis armorum ge-  
neribus, quæ tum sibi pro mōenib⁹ tue-  
dis porrigebantur, ut his pedites uteren-  
tur, nihil sanè, aut certe parum præstiterē.  
Erant eorum classe circiter quadringen-  
ta nauigia, in quibus fuērē cētum & sexa-  
ginta triremes, quarum dimidia pars erat  
oppido instructa & armata omnigenis tor-  
mentis, ac strenuis bellatoribus, & in sin-  
gulis earum erant supra centum, omnes  
militari gloria insignes. Altera pars non  
erat æquè instructa. Inerant sexaginta na-  
uigia minora, eaq; tam egregiè munita, &  
exornata, ut difficile dictu sit, num hæc, an  
illa grandiora essent præferenda. Nume-  
rus omnium eorum quæ remis agebātur,  
ferè ducentis constabat. Reliquæ naues  
fuerunt ex his quas appellant Caramussa  
los, tres naues Venetæ, sex Mahone (quæ  
sunt naues ampliores conuehendis com-  
meatis, & bellicis apparatibus oppor-  
tunæ) sex latiores naues, quas nostri Palan-  
drías uocant, transuehēdis equis idoneæ,  
cū plerisq; alijs Liburnicis ac biremibus.  
Equitum uero numerus ad quatuor mil-  
lia porrigebatur, et si fama sparserat, illum-  
fuisse ad decem millia, inter quos erant e-  
quæ ac muli perplurimi ephippiati, qui

Dd 2 equo-

equorum uicem supplebant. Equi aduecti  
 sunt in nūibus. & in singulis triremibus  
 duos imposuerant. Ex prætorianis militi-  
 bus quos Ianizeros appellant, circiter sex  
 millia extitisse fertur. Pial rei maritimæ  
 præfectus, nunquam eam partem copiarū  
 quæ triremibus aduehebantur, in terram  
 exposuit, nisi quum nostram diuersis mor-  
 borum generibus correptam esse animad-  
 uertit. Nec Mustapha terrestrium copia-  
 rum ductor, oppugnationes aggressus est,  
 nisi postquam ad eum ex classe miles du-  
 ce Halybassā transmitteretur. Numerus  
 autem fuisse dicitur uiginti quinque millia  
 uirorum, & amplius. Horum aduentu-  
 criori conatu nostros adoriri cœperunt,  
 & qui exercitui præerat, persæpē cùm nū-  
 tis, tū literis in nūbē per sagittas emissis,  
 oppidanos militesq; sollicitabat & hor-  
 tabatur, ut se suo Principi dederent, ipsūm  
 que, ab eis nihil aliud præter obsequium  
 uelle, aiebat, omnibusq; suas opes atq; for-  
 tunas integras & incolumes relinquen-  
 das. At ipsi deditioñem perpetuā recusa-  
 runt. Ut primūm oppido potiti sunt, Ha-  
 ly exemplo cum suis copijs ad classem re-  
 dixit, ealp recta cōtendit ad Tamassum, quod  
 etiam terrestres copiæ perductæ fuerant,  
 ut eam urbem expugnarent, ibiq; tandiu-  
 pers

permansit, donec audiret, uenetam classem peruenisse ad locū, qui uulgo Castrū Ruzzum appellatur, eo animo, ut Bizantinam (sicuti ferebatur) inuaderet. Ea recognita, statim rei naualis præfecti Mustaphā adiēre, ut quid factō opus esset, inuicem consultarent. Fertur Pialim ualde ueritū, ne classem in aliquod graue discriumen adduceret, eō quodd Venetam nouo milite & commeatu instauratam, necnon Hispanis viribus adauctam esse acceperat. Etsi uero minime ignorabat, ibi multa millia viorum cūm peste, tum alijs morbis interiisse, nihilq; à nostris agi poterat, cuius ipsi nō essent mature consciū, adeo ut etiā de quadam controuersia & quæstione Cydonij exorta inter Italos, & Græcos, pernoscerent, quod sanè omnibus permirum uidebatur, tamen illam (ut dictum est) nouo apparatu ac præsidio iterum instructam & exornatam audiuerat. Verū tamen Mustaphæ consilium secuti, qui affirmabat minime decere dignitati ac excellentiæ supre mi Imperatoris domus Othomanicæ, ut oblata occasione bellum detrectarent, atq; aperto Marte (si ita res ferret) cum hoste di micare uererentur, eosq; admonebat, ut a criter in hostem irrumperent, multamq; si hoc agerent, à Selymo laudis gloriam, &

*fusus agusti*  
ingentia præmia expectarent, ipsi protinus omnes captiuos, & quos ad pugnam inutiles iudicabant, in terram exposuerūt, classeq; per optimè communitat & armata, sese ad omnem prælii euentum accinxere, ac iuere Amathum usq; cum omnibus nauigjs, quæ remis propellebantur. Nam cætera, de quibus suprad dictum est, propè Tamassum constiterant, duasq; naues rostratas ad sancti Epiphanij caput (hoc promontorium olim Acamas dicebatur) ac etiam ulterius præmisere, ut nostrorum consilia explorarent. Ut primu'm nostram classem retrocedere, domumq; cogitare haud falsis rumorib; cognouere, summa uoluptate ac lætitia perfusi sunt, atque illicò regresi, omnibusq; captiuis & reliquis rebus in classem impositis, die sexta octobris & litorie soluerunt, Pyali cū suis copijs Byzantium, & Haly Rhodum uersus, nauigatione directa. Maiorem partem eorum qui captiui abducebantur, & florē iuuentæ cum ingenti præda, & opimis spolijs, in quandam nauem, quæ ad Mahumetum pertinebat (arcem potius dixeris) & in triremem nauemq; onerariam, iniecere, ut hæc omnia ipsi Mahumeto, & Selymo Imperatori dono darent. At quædam ex illis nobilioribus fœminis, quæ captiuæ abstra-

abstrahebantur, ignem in sulphureū pul-  
uerem ibi asseruatum, coniecit, quo quidē Exemplum  
ea nauigia cum omnibus qui in ḡs deuehe singularis  
bantur, combustā sunt, omnisq; thesaurus pudicitiae.  
uel flammis absūptus est, uel in mari ab-  
sorptus, nec ullus eo incendio seruari po-  
tuit præter nauclerum, scribam, & perpau-  
cos alios qui narando ad lītus incolumes  
peruenerunt, ex quib; id postea rescitū  
est. Hoc sane spectaculum, licet horrēdum  
omnino ac miseratione dignum extiterit,  
quæ tamen huius fuit author incendi, mi-  
nus malum iudicauit, ita extingui, quam  
in manus tā efferas deuenire, pudoremq;  
ac libertatem seruituti ac dedecori longē  
præferendam censuit. Hæc itaq; mulier, si  
laus pudicitiae spectetur, nulla ex parte in-  
ferior iudicanda est Græca fœmina nomi-  
ne Hippo, quæ cum hostium classe esset ex  
cepta, in mare se, ut pudicitiam morte tue-  
retur, abiecit. Nec minus digna, quam DL-  
GNA Aquileiensis, quæ quidem genere  
nobilis, formaq; tam conspicua, ut omnes  
alias eius orbis fœminas facile præcelle-  
ret, cùm suā patriam ab Attila rege Hun-  
norum expugnatam, hostesq; uictoria ab-  
utentes consiperet, uitam potius suo sce-  
lere, quam alieno pudicitiam amittere sta-  
tuit, ideoq; domesticam turrim præter-

*Nota de  
fœmina*

*De Hippo-  
ne fœmina  
Græca.*

fluenti Natafoni imminentem cōscendit,  
& capite obuoluto, in subiectum turri gut  
gitem se præcipitavit. Atqui hæc Cypria  
mulier licet laudatissima in hoc utriq; dif-  
similis, minusq; forsitan laudis apud non-  
nullos eius præclarum facinus meretus,  
quod illæ sui tantum corporis facturam fe-  
cere; at ista plurimorum necis causa fuerit,  
& idcirco forsitan imprudens ab aliquibus  
& nimis audax iudicari posset, quæ nulla  
habita ratione aliorum salutis, tantummo-  
dò sibi suoq; pudori cōsulere statuerit. Ve-  
rum hæc (si res æqua lance perpendatur)  
non solum seipsum: sed etiam suos comi-  
tes ab eadem nota & tyrannide liberavit.  
Nam omnes eadē fors manebat, omnesq;  
in ærumnosam & perpetuam seruitutem  
abducebantur.

In urbe reliquerunt ad quatuor millia  
peditorum, & mille equites, quibus præfe-  
ctus est Musafer unus ex purpuratis. Ca-  
terum de Mustapha superioris dictum est,  
illum una cum reliquis copijs Famagu-  
stam uersus iter suscepisse. Ut primum  
eo prefectus est, castra posuit in loco, cui  
à Pomo Adamo nomen inditum est, eoq;  
tribus millibus ab arce distantí, ac inde  
*Nicoldi Dā* urbi propior factus, caput Nicolai Dan-  
duli caput duli præsidis Nicofiae, à busto præcisum,  
atque

atque hastæ cuspidi affixum, oppidanis Famagusta ostendi iussit, ut hoc tam diro tristisque nis ostendum. spectaculo illis metu ac terrore incusso, tanto facilius de ultronea deditio cogitarent.

Dū hæc aguntur (nec sine summo Christianæ Republicæ detimento) classis ueneta re parum prospere ac fœliciter administrata, se ex Creta Corcyram recepit, ut ibi nouis apparatibus, novoqp milite reintegrata, hosti commodiūs resisteret, ut Tamassum obsidione liberaret. Cæterum, ut iam aliquid de Hispania classe dicatur, deqp his quæ postea contigerunt, sciendum est, classem ab eo exornatam, quæ circiter sexaginta triremibus constabat. famagusta  
De classe His  
spana.

eamqp omni bellico apparatu quam optime instructam, duce Ioanne Andrea Aurora in Venetorum auxiliū transmissam esse. Isdem diebus Romanus potifex eiusdem rei gratia nonnullas triremes, quibus etiam Etruriæ principis rostratæ naues una se adiunxerant, communiri atque armari iussit, eisqp M. Antonium Columnam præfecit. In utraqp classe aderant plurimi nō modo generis prosapia, sed etiam bellica laudis gloria præstantes uiri, & in Auriana, præter Aluarum Batianum, & Ioannem Cardonum, aderat etiam Asca-

nus Cornius, cuius fidei ac uirtuti rex plu-  
rimū confidebat, eisq; res suas maximo-  
perē commendarat. Huius consilium Au-  
ria cūm propter eximiam eius uirtutem  
atq; prudentiam, tum insignem rei milita-  
ris peritiam plurimi faciebat. Hic igitur

*Quid Asea* sentētiā rogatus, eam paulo antē corām  
nius Corni: exposuit, & scriptis quoq; (sic eo poscēre)  
nius Auriae declarauit. Horum autem summa huiuscē-  
suaserit.

modi fuisse dicitur: Videlicet, cū quæstio  
in ea re potissime uersaretur, num expedi-  
ret, nec ne, ut hostilis classis, q; tunc erat in  
Cypro, his uiribus inuaderetur, ipse par-  
tīm ut suomuneri satisfaceret, partīm quo  
que ut eius uoluntati obsequeretur, & co-  
rām antea, & deinde rogatum, scriptis e-  
tiam quidnā in primis censeret, exposuit-  
se. Cum itaq; ut Hispano suo principi ob-  
temperaret, cum eius classe ad bellum tam  
pium, & præclarū, eo animo, quo & Chri-  
stianum uirum, & equestri ordine prædi-  
cum deceret, profectus esset, cūm ex urbe  
Messana Hydruntum peruenisset licet ibi  
exploratum haberet, ueneta classem ob-  
uaria morborum genera, quibus iam diu  
uexata fuerat, militaribus copijs alijscp; re-  
bus bello utilibus, quam maximē denuda-  
tam (sicuti cūm una essent, idē affirmabāt,  
eaq; de re ambo haud mediocreriter, tan-  
quam

quam de communī fato indoluisse) cen-  
sere tamē opportunū ac necessariū  
esse, ut regia classis ulteriū progressa, cum  
ueneta iungeretur, quō ea Res publica in-  
telligeret, quanto studio Hispanus in eam  
afficeretur, quantaq; cura illius salutem ac  
dignitatem expeteret. Ut uero cautiū &  
maturiū ageretur, neīe hostis, quid ipsi  
molirētur, perciperet, omnem rei bene ge-  
rendā fiduciam in celeritate ac repente-  
nō aduentu collocans, oportere aiebat, ut ex-  
tra insulas, rectaç; in Cretam nauigatio (si  
cuti postea factum est) suscipieretur, ac etiā  
regijs tremib; hæ naues, quas ipse du-  
cebat, remulco traherentur. Siquidem (ut  
ipsemet norat, & liberè indicārat) haud ita  
remigibus instruebantur, ut citra opem  
hoc iter ab eis tam facilē absolui posset, in  
quo quidem dicebat, illum & nauticis ui-  
ris, & remigibus haudquaquā pepercisse,  
quod minus multo plus solito festinaretur.  
Cū uero etiā sub finē superioris mensis ad  
Sudam portum (hic olim Amphimaleus  
dicebatur) ambo appulissent, & cum ue-  
neta classe iungerentur, in ea prima consul-  
tatione quæ habita est, in qua sane ageba-  
tur, nunquid eundum esset in Cyprum,  
nec ne, afferebat, nihil unquam à nostris  
uel præclaris, uel opportuniis agi posse,  
quam

quam ut omni mora postposita, illuc recte  
contenderetur, modo ita instructi ac para-  
ti forent, ut tanti ponderis negotium exi-  
geret, simulque addidit, regia classē quo ad  
eam spectaret, oppido adornatā & in pro-  
cinctu esse, summaque alacritate se illi sociā  
& comitem præbituram. Quoniam uero  
æquum ac necessarium omnino existima-  
bat, ut probe inspiceretur, quibus ea uiri-  
bus polleret, hostiūque consilia & itinera o-  
mni ratione indagarentur, se consuluisse,  
ut quamprimum duæ speculatoriæ bire-  
mes ad Cyprū mitterentur, quæ id perfi-  
cerent, & ueneta classis accurate ac sedulo  
perlustraretur, quia indies magis magisque  
intelligebat, copiarum penuriam, qua Ve-  
netus laborabat, permagnā esse, utque alio-  
rum animos ad idem agendum incitaret,  
sibi maxime operæ pretium uideri, ut re-  
gia nauigia singillatim introspicerentur,  
idemque à sociæ classis præfecto, eiusque le-  
gatis ac primoribus impetratū cupiebat,  
ut quiuis intelligeret a se (quatenus ad eo-  
rum numerum, & auxilia pertineret) habi-  
ta ratione cùm temporis, tum loci, quo il-  
li iussum erat, ut hanc prouinciam suscipe-  
ret, & in has oras concederet singula ita o-  
mnibus rebus instructa eò perduxisse, ut  
a Rege præpotenti, quique catholici nomen  
gerit,

gerit, merito expectari debebat. Ex ad-  
uerso cum uideret, quam segniter ac lente  
socij suam classem instaurarent, ne parum  
illud temporis, quod rebus gerendis ad-  
huc idoneum supererat frustra elaboretur,  
se trierarchis, & cohortium ceterionibus,  
qui tum regi suam operam in re nauali ex-  
hibebant, in unū coēuntibus, pridie Non.  
Septembribus ē cōmuni consensu per Car-  
donum indicasse, neutquam se posse ultra  
illum mensem commorari, quem sanē ter-  
minum et si longiori arbitrabatur, quam  
oporteret, cum ratione itineris, quod ei fa-  
ciendum erat, ut sese cum classe in regia lit-  
tora tempestiue reciperet. tum etiam quia  
œstas præcipitat, & propterea non si-  
ne periculo nauigari poterat, a se tamen  
optimo atq; amicissimo animo cōcessum,  
ut Veneti tanto commodius quod agere  
constituerat, exequeretur, cum putaret ui-  
ginti sex dies, qui eis darentur, abunde suf-  
ficere, quibus eis plenē satisficeret, cum præ-  
fertim hæc profectio, quæ sit ex Creta in  
Cyprum, ob tempora huic nauigationi ad  
modum secunda, qualia tum esse consue-  
uerunt, ac etiam ipsimet obseruarunt, sex,  
uel ad summū, octo dierum spatio absolu-  
ueretur, atq; ipse suum hoc institutum usi-  
de approbasse, sibiq; tum respondisse, per-  
iniquum

iniquum esse, ut eum diutius retinerent, in  
deç sibi abeundi facultas daretur, ubi cun-  
que gentium foret. Interea temporis ab se-  
missa duo illa nauigia, ex quibus per cory-  
cæos de his quæ in Cypro gerebantur, &  
de Selyma classe, aliquid constaret: Sed mihi  
litum recensionem tantum habitam fuis-  
se superiori die, qui fuit decimusquintus  
ab eo tempore, ex quo illuc appulerant, li-  
cet hoc antea saepius admonuisset, adeo ut  
crebra eius rei mentione iam importunus ui-  
deretur, eisq; cu'm nūciaret se uelle hoc ipse  
met efficere, ac etiam Venetos suæ classis  
perlustrandæ copiam facturos, continuo  
scaphis ac lintribus de more in naues ro-  
stratas impositis, regiam classem expeditam  
& perinde ac si mox dimicandum foret, ex  
tra portū eduxisse, ut eam undiquaq; suo  
commodo inspiceret, omniaq; cum Ve-  
netis accurate atq; ordine perpenderet, nihi  
hilq; prorsus à se factum atq; animaduer-  
sum, cuius rei gratia diffideret, ne talis om-  
nino foret, qualis olim semper esse conflu-  
rat, & qualis etiam (Deo duce atq; auspice)  
in eo prælio futura esset. Cùm autē classis  
Adriaca uicissim recensenda foret, cum  
iussisse, ut qui erāt in regia, partitione qua-  
dam adhibita, singulas triremes unā cum  
grandioribus nauibus, introspicerent. At-

præfectum classis maiorem earum partem  
puppibus inferne procliuisbus ac deflexis,  
in portū explicuisse, nec actuaria nauigia  
in triremes inuecta. Cūm autem uideret  
non solum ex continenti, sed etiam ex una  
in aliam triremem commodam trañciendi  
militis facultatem præberi, dixisse, neuti-  
quain ea ratione fieri posse, ut in quo statu  
hæc forent, cognosceretur, & quid a se in re-  
gia classe actum esset, ostendisse. Verunta-  
men cūm præcipiteret, ut etiam hoc modo  
lustrarentur ipsummet, ut ei morem ger-  
ret, nonnulla inspexisse ac misisse Cardo-  
num, & plerosq; alios ad reliqua recensem-  
da, & Bacianum ad maiores naues, ac se to-  
to superiori die circiter sexaginta perlut-  
strasse, in quibus manifeste deprehenderit,  
in eis ad tertiam partem remigum, & uiro-  
rum instructorum defuisse, ac etiam ex nu-  
mero militum, & nautarum cuiusq; gene-  
ris æqua facta æstimatione, nullam earum  
centesimum uirorum numerū excessisse.

Duo illa dicota exploratum præmissa,  
nō præteriecta fuisse Carpathum insulā,  
atq; illinc eos Græcos aduetos, qui refere-  
bant, hostes suam classem ad numerū dun-  
taxat centum quinquaginta, uel centum  
sexaginta triremium redegisse. Etsi autem  
res ita esset, quādoquidem cum ipsis non-  
dum

dū de utrāq; classe associata, cognitū compertū: foret, se hoc numero Venetis (nec cītra causam) superiores iudicabant sibi ramen haud sane consentaneū uideri, ut hac sola notitia innixi, classem tanti momenti, quanti hæc erat, inde ullo pæcto dimouerent. Duo esset ipsius quidē sententia) quæ nostros in ea profectione lœta & felicia sperare iuberent, se d' ambo (sicuti facile colligi poterat) leui admodū & imbecilli fundamento subsistere. Primum esse, quod fieri posset, ut hostis iam sibi suęq; potentiaz haud mediocriter disfidens, nec sibi opportunas vires ab exercitu suppeditari animaduertens, ratus fortassis hanc classem sic munitam esse, ut merito in tam graui atq; ancipiti prælio, & in quo tantum discriminis subibatur, esse deberet nolle in aie omnem spem sui primi negotij, & quā etiam deinceps posset amittere, periclitari, atq; ideo daturum operam, ut se in tutū recipere, cumq; in eo sinu peraplæ & opportunæ stationes forent. id à se pro arbitratu, & etiam cītra periculum fieri posse, ac solū eo tempore id efficeret, quod ei post nostram classem prospectam supereriset, cu'm ea tot impedimentis, totq; infirmis triremibus laboraret: præterea cu'm is perpetuas in continentí excubationes tene-

teneret, et pleraq; nauigia speculatoria huc,  
illuc misisset, sibi uerisimile uideri, ab eis  
neutquam de nostrarum classium coniun-  
ctione ignorari, atq; idcirco' minime cre-  
dendum esse, ut eos de improviso ac impa-  
ratos offendenter, & sic agendo, haud sanè  
parua nominis existimatio accederet, si  
eos illinc pedem referre. atq; abire compel-  
lerent, quamuis ea minime foret illius exi-  
tus, qui tum in optatis habebatur, cum ter-  
restres copiæ subinde Thrematum oppu-  
gnarent. Alterum, quod sperari posset, hu-  
insmodi esse, uidelicet, si hostis ubi quæcū  
que belli ratio requireret, commode in eā  
insulam trafecisset, nec illa necessitudine  
adactus, ut Martis aleam tentaret, domum  
reuerti statueret, atq; interim dum suo iti-  
nere pergeret, classes inter se concurrerent,  
indeq; cum non nisi consueto agmine ad-  
nauigarent, nostri collatis signis cū eis pro-  
spere confligerent. Hæc nimirum esse illa  
emolumenta, quæ (ipsius quidem iudicio)  
ex ea profectioне sperarētur: at (sicuti an-  
tè dictum erat, utq; facile colligi dabatur)  
ambo nullis solidis rationibus inniti. Nā  
si Turcarum imperator ea mente atq; ani-  
mo esset, ut nostros opperiri, armisq; inua-  
dere decreuisset, et si (ut supra' commemo-  
ratum est) fieri poterat, ut suam classem in

multò minorē numerū redēgisset, pugnādi  
 tamē occasionē differēs, breui paruoçp ne-  
 gotio trīremes, aliaçp nauigia minus apta  
 & parata, rursus comunitate atçp armare po-  
 tuisset, cū equitū, peditūçp multitudine sic  
 planē abūdaret, ut eodē tēpore & classi p/  
 spicere, & Thremeti oppugnationē susti-  
 nere ac urgere posset. Nāçp (q̄ad nauigia)  
 ip̄osmet Venetos fateri, hæc (pter octode-  
 cim naues oneratias) fermē trecētis & qua-  
 draginta quincç omnis generis contineri.  
 Quamuis autem Bacianus affirmaret, ma-  
 iores naues perbellē instructas, easçp cūm  
 res postularēt, plurimū auxiliū atçp opis  
 allaturas, cūm tamen trīremes tales forent,  
 quales suprà demonstratum est, se non ul-  
 dere, unde sperari posset, ut in ipso certa-  
 mine sibi uictoriā pollicerentur, & si bello  
 succubuissēt, qua idonea & legitima excu-  
 satione apud regem uteretur. At si quis ca-  
 spe magis innixus, ut hostis pugnā detre-  
 ctans, gradū referret, ideoçp nostris uiribus  
 fidens, consuleret, omnino eundum esse, ac  
 existimaret, penēs nos esse à p̄aelio diffu-  
 gere, si audacter ac intrepide consisteret,  
 deçp belli successu in maximā spē ueniens,  
 ad pugnā prouocaret, se quidē huic respō-  
 dere, iacturā, q̄ haberetur, si nostri cederēt,  
 ubi semel ad hostiū præsentia uentū esset,  
 multo

multo fore grauiorē, q̄ beneficiū quod spe-  
 raretur, si horū adūctū ex insula cōmigra-  
 rēt. Nā præter dedecus & ignominia, quæ  
 sanē ingēs in huiusmodi rebus haberī lo-  
 let, nō dubiū esse, qn hoc etiā fieret, cū ma-  
 ximo plurimorū nauigiorū dispēdio, si ho-  
 stis nō modo cū æquali classet at etiā cū lō-  
 gē minori numero tr̄iremisū, q̄ forēt arma-  
 tæ ac expeditæ, insequeretur. Sibi ergo ulia-  
 deri, ut quā primū singulæ tr̄iremes uene-  
 tæ bellatorū p̄sidio suffulcirentur, idq̄ fie-  
 ret p̄ter illos, q̄ in eis publica munia gere-  
 bāt, & præter nauticos viros, q̄ paule antē  
 in militū recēsione annūmetabātur, mōxq̄  
 (ditino numine aspirāte) utrāq̄ classis a-  
 lacriter totius bellī euēntū experiretur. Eū  
 igitur etiā atq̄ etiā orabat, ut nauarchū, e-  
 iusq̄ legatos adhortafetur, ne hanc rē dis-  
 ferrēt. Sed summa celeritate suimāq̄ ope-  
 anniterētur, ut hæc omnia præstō adessent,  
 priusq̄ is mēlis elabēretur, quod ipse om̄i cū  
 ra, & molestia explicitus, regiā classē tēpe-  
 stiue in mīla stationē trāsduceret. Etsi n. (ut  
 i. iū in hoc sibi assēlum esse ac etiā ipsius cō-  
 filiū approbasse, superiūs demōstrārat) id  
 iure d̄ se fieret, ubiuis terrarū degeret, haud  
 tamē mediocri se dolore afficiendū, si hoc  
 ageretur, priusq̄ regiā classis eā sibi laudē  
 ac dignitatē comparasset, quæ in occasione  
 tā p̄stanti & honorifica merito expectari

Ee 2 posset,

posset, si ea prouincia, sicuti par foret, & ne  
gotij grauitas requirebat, institueatur. Se  
minime tamen uereri quin sibi regij nomi  
nis maiestas & amplitudo quam maxime  
cordi esset, ac in eam perpetuo ijs lumini  
bus respiceret, quibus ei Rex fidere consue  
uerat. Quod autem dixerat, magis ad regij  
splendorem ac decus pertinere, ut uel po  
tius universae classis iactura fieret, quam uel  
omisso prælio in columnis ad regios portus  
reduceretur, se plane arbitrari, hoc tantum  
prouenire ex illo immenso studio, quo i  
pse, ac eius maiores erga eū omnemq; Au  
striam familiam continuè afficeretur. Quo  
minus itaq; uotis potiantur, neutiquā Hi  
spanæ classi ascribendum: at Venetæ, nec  
in eum culpam rei sciendam, cùm ibi tadiu  
frustra commoratus esset eo quidem con  
filiò, ut illa denuò exornaretur. Se itaq; cō  
sulere, ut peracto eo mense, statim in Sici  
liam rediret, nisi uellet classem in tam lon  
ga nauigatione in magnum aliquid nau  
fragij periculum cōniscere, idq; ne accide  
ret, sibi maximoperè cauendum esse. Hæc  
Ascanius ē portu quem incolæ Scythium  
appellant, Auriæ prescripsit. Cùm interea  
M. Antoni, quāq; uenetæ triremes, quate  
nus ad nauticos viros, epibatas, & relqua  
opportuna, maxima (ut dictū est) imbecilli  
tate

tate premerentur, hostem omnino inuaderet pugnare casum experiri decreuisset, Austria instructis aciebus, primum sibi agendum postulauit, atque ita omnes decima septima die Septembris, primaque uigilia, cum tota classe soluerunt. Hac autem in uniuersum centum & octoginta triremibus, undecim grandioribus nauibus, & quinque onerarijs constabat. Proxima luce in locum, qui adiacet inter Carpathum, & Rhodum insulas, peruenere. Ibi autem cum naues, maioresque triremes nondum adessent, usque in sequentem diem substitere, hisque tandem appulsis, paulatim progressi sunt, interduo dolonibus erectis, modo iuxta continentem. Etsi enim uentus initio quidem maxime fauebat, nauesque semper plenis ferent acutis iter conficiebant, nihil tamen cum rostratis nauibus agi poterat, ne ab eis iniurii sciungeretur, nisi remulco eductae, idque parum Veneti curare uidebantur. Cum itaque hoc pacto per tridui spatium ad nauis galsent, iamque a castro quod Ruzzum appellant, uiginti millia passuum distarent, illis duas triremes ab ortu uenientes, rectaque ad eos properantes conspicati sunt. Has ubi prospexerunt, putabant esse illas, quae Auriæ consilio Cyprum paulo ante promissæ fuerant. His cuero cum alias ob cau-

fas forte quendam ex suis ad Columnam legaliter, per eundem ab eo petiit, ut si quid noui allatum esset, indicaret. Eius testigio sibi responsum est, illas non fuisse ex Cypris triremibus: at classis, quae diuersum a reliquis iter tenuissent. Cum igitur in ea nauigatione pergerent, uenti uariè perflare, iamque prorsus aduersari cœperunt, adeo ut tandem ad locum, quem incolæ Aquas frigidas vocant, desensionem facere cogerentur. Hic ergo, licet Columna subsisteret, ibi pernoctaret, Aurius tamē cum eam statu nō ita sibi opportunā iudicaret, sub lati anchoris inde protinus recessit, quia existimabat multò sarius fore, in mari tempestare agitari, quam ibi noctu cum tanto nauigiorū numero, & a littore undique uentis exposito, citraq; ullā spē, ut se se aduersus freti, noticq; fœuitiam tueretur, consisteret. Cum itaque ad M. Antonium misisset, qui se illum foras, & in patentī aquore operiri diceret, per eundem respondit, ut manē cum cæteris adesset, si quidem ob ea quæ duæ illæ triremes Cyprum præmissæ attulerant, noua consilia secum iniiri oportebat, nihilq; sibi earum rerum quæ illic recens afferebantur, significauit. Is tamen aliunde pro certo audiuerat Thrematum

mitum V. idus Septembris ab hoste occu-  
patam, & Ottomanam classem eodem ro-  
bore, militumque frequentia existere, quí-  
bus Byzantio commigrarat. Itaque po-  
stera luce, ubi ad eum portum rediret, sta-  
tim Prosper Columna eum adiuit, & Mar-  
ci nomine rogauit, ut amice ac liberè indi-  
caret, quid' nam sibi de Cypria pfectione,  
post illius urbis iacturam, uideretur. Ad  
hæc Auria respōdit, nihil sibi aliud in mē-  
tē uenire, quam quod s̄epē antea in com-  
muni consilio dixerat, quodque postremo  
iam scriptis declarārat, uidelicet, ut si eo-  
rum nauigia rebus necessarijs communī-  
ta forent, nihil sane melius, aut præclarī-  
us agi posset, quam ut hostis, quam pri-  
mūl inuaderetur, nec se alias difficulta-  
tes ac impedimenta conspicere, quam ea,  
quæ sibi ab eo tempore, quo ex Creta si-  
mul discesserant, videbantur. Pōst pau-  
lo ad eius triremem accessit, nec ante me-  
ridianum tempus ulla consultatio ha-  
bita est, dum Venerius abesset. Hu-  
ius superuentu hæc à meridie inita est,  
cumquæ in eo colloquio exponeren-  
tur, quæ pridie illius diei de Cyprijs  
rebus cognouerant, Columna Vene-  
tæ classis præfectum percunctatus est,  
ut diceret, quid'nam agendum censeret,

eisq; responsum est, iā anni tempus eō pro-  
cessisse, ut Cypria oppugnatio nulla ope-  
ac præsidio subleuari posset, & idcirco ali-  
quid aliud tentandum, cumq; inter socios  
disputaretur, num Aeuboīca expeditio su-  
scipi deberet, Auria sententiam rogatus,  
dixit, quoniam hic locus tā int̄ro, inq; præ-  
cordijs turcicarum uirium erat, sibi uideri  
huiusmodi expeditionem haud sanē susci-  
piendam eo tempore cum classe opportu-  
nis rebus tātoperē destituta. Nam et si (in-  
quit) omnia fœliciter succederent, non ta-  
men fieri posset, ut ibi tam exigua manu  
huiusmodi præsidium relinqueretur, quo  
certi essent, ea loca non iterum ab hoste re-  
cuperanda, etiam priusquam hyems præ-  
teriisset, cum præcipue nulla noui substdij  
spes affulgeret, atq; hinc & temporis amiss-  
sio, & multorum interitus citra ullum cō-  
modum existeret, præterquam quod etiā  
haud mediocre periculum instaret, ne ie-  
psi Aegeo mari includerentur, indeq; nul-  
lo pacto daretur exeundi potestas, nisi pri-  
us cum byzantina classe prælium inirent,  
idq; ob prædictas causas non citra manife-  
stam cladem euenturum ostendebat. Quo  
circa præstare, ut aliqua expeditio suscipe-  
retur in Pelopōneso uersus Appolloniā,  
Castronoum, Dyrrachiū, & alia loca his  
fini-

finitima, ut in parte propinquiori, quæc<sup>p</sup>  
 à turcica uī & potentia longius abesset, a-  
 deo ut non tam celere ab ea nō documentū af-  
 ferri posset, ut in Aeuboëa, & ipse etiā pau-  
 lo diutiū commorari posset, quoniam in-  
 de multo uicinior in Siciliam traiectus fo-  
 ret. Hæc ubi Ioānes Andreas coram sociis  
 Principibus exposuisset, ex unanimi sen-  
 tentia decretum est, ut classis retrocederet,  
 atq<sup>p</sup> omnes à meridie soluerunt, & proxi-  
 mo die cūm nō procul à Carpatho iā ab-  
 essent, è plurimis locis repente atrox in ma-  
 ri tempestas oriri ccepit, ea<sup>c</sup>q<sup>p</sup> factum est, ut  
 uela demitterent, ac remis auxilia propel-  
 lerent, quo ad eam insulam celerius perue-  
 nirent. Andreas maturius quām reliquī, in  
 littus (uulgo' Tristānū) suam classem intu-  
 lit, & primo diluculo, mari nihil ex sua sœ-  
 uitia remittēte, in p̄fata statione, ad bidū  
 permanxit. Quod ad socios attinet, illos ab  
 altera parte insulæ portum subiisse accepe-  
 rat, naues q<sup>p</sup> ac tr̄iremes maiores, & circiter  
 sexaginta ex agilioribus adhuc desiderari,  
 quæ hāc illac nauigationis cursum tene-  
 bant, hasq<sup>p</sup> tandem cum reliquis nauigijs  
 eōdem incolumes peruenisse, unica Vene-  
 torum tr̄iremi excepta, quæ scopulis illis,  
 naufragio perierat. Eodem die cūm tem-  
 pestas paulo' mitior uideretur, Cretā uer-

E e s sus

sus iter direxit, quod utrāqe classem eodē uēto appulsurā existimabat, cū hoc ab eismulē facilidis agi posset ab ea parte, ad quā initio se contulerāt. Cū uero adhuc mare uenitū infestū, ac undarū fluctibus. agitatū cōspiceret, ad eūdem portū redijt, quod etiā eodē temporis fastigio utraqe classis puenit, nec ultra nauigia deerāt pr̄eter sexdecim triremes. Cūm igitur omnes una adessent, atqe Auria potiorem temporis partem pr̄eterlapsam animaduerteret, sibiqe indies maiorem difficultatem praeberi, ut classem in Siciliam incolumem reduceret, cūm praecepit iam obuentorum rabiem, ac fœuitiā nauigantibus permagna pericula instarēt, ac Mensis terminus, quem initio perscriperat, & quo exacto, ad eam insulam se recipere statuerat, completus esset, cumque Venetis iā ob pr̄efatas causas, nihil aliud, quo tūc temporis hostilia incœpta remorarentur, constitui uideret, cūm pr̄æterea cogitaret, quod si omnes simul ad nauigārent, non solū ea ratione iter longius fiebat, sed etiā omnia cuiusuis generis nauigia in summū periculū deducebātur, cū quia Venetæ, ac Pōtificiæ triremes ob ea, quæ dicta sunt impedimenta, nullo ferè ordine ac disciplina regebātur, tū etiā, quia perrari portus aderāt, quod tantarū classiū capaces forent, Basiano,

ciano, & Cardono prius in consiliū adhibiti, ex cōmuni cōsilio Marcellū Auriam ad M. Antoniū misit, ut his rationib. perpēsis, & quia etiā classis, cui pr̄gerat, ob plurimas res hoc exiguo tēpore, quod adhuc rebus agendis aptū atq; idoneū superat, haud me diocri usui esse posset in his Regnis, q̄ Phi- lippo subdūtur, Venerio p̄suadere uellet, ut sibi īntegro eius amore ac benevolentia liceret ante aliorū profectionē, classem suā fidei concreditā, p̄ Aegeū pelagus Zacynthū, & Cephalenīā uersus trāducere, quo- niā ad hæc loca sibi transmitti ordinārat, q̄ cūq; sibi à suo Rege, uel regijs ministris p̄ae scriberētur, & nisi aliqua graui necessitate regi decreti co geretur, ut sententiā muta- ret, se ibi reliquo iū aduentum opperiturū, quod in ea re suā operā & studiū p̄estaret, si qđ foret, qđ a se incōmodū atq; usū ueneret Reipub. agi posset. Cū Colūna & Venerio, & classis legatis Aurianā petitionē expo- suisset, illi eorū nomine p̄ eūdem Marcellū significauit oēs cupere, ut ipse illorū classē in Cretā usq; indeq; Zacynthū, comitare- tur, atq; ibi postea discedēdi facultatē sibi integrā futurā, ut quo cūq; ueller, suo arbi- tratu trāceret. At cū ipsi, ut hoc ageret, nō modo nullā necessitudinē inesse, uerū etiā nullū inde fructum ac utilitatem secuturā probē

Auria Hispa-  
nam classem  
in Siciliam re-  
ducere sta-  
tuit.

probē intelligeret, cum'q; subinde quām  
maximē anxius ac sollicitus foret de abitio-  
ne, ob loci quo' sibi redeundum erat, lon-  
ginquitatem, præsertim ingrauescente Au-  
tumno, ipse met manū exoriēte aurora, M.  
Antonium adire statuit, coram'q; causas,  
quibus ad eam nauigationē, ac præcipue  
Zacynthiam, impellebatur, commonistra-  
re, atq; insuper ab illo petere, ut hoc sibi be-  
nevolo animo permitteretur, ex quo nihil  
sunt sibi amplius in illis locis agendum re-  
staret, in quo eis regiae classis absentia quic-  
quam incommodi ac detrimenti afferret,  
annicq; tempus iam penitus obstarē incipe-  
ret. Nam præter illam priorem tempesta-  
tem quæ paulo ante' solis occasum exorta  
fuerat ipso ferè temporis articulo, quod ad  
eam stationem, de qua modō dictum est,  
appelleretur, cūm ē portu soluisset, ut An-  
tonium expectaret, una'q; cum illo adnau-  
garet, de improviso tanta uentorum rabies  
mare concitauit, ut quatuor triremes ex ea  
sum numero quas Hispanus habet Nea-  
poli, perfractis antemnis atq; rudentibus,  
anchoris denudarentur, Cūm itaq; ad eum  
uenisset, suicq; discessus causam pluribus  
uerbis declarasset, is tandem nihil aliud al-  
ferebat, cuius rei gratia suum iter amplius  
differret, nisi quoniam summoperē uereba-

car.

tur, ne hostis cognita eorum abitione, cencum triremes quam egregiae instructas, in eos missurus esset, hisque nouissimum agmen inuaderet. Hoc autem ab eo facili negotio dilutum est, similique nihil ea de re uerendus esse, indicatum, quandoquidem etiam si Turci de uenetæ classis infirmitate, deinceps utriusque disjunctione pernoscerent, credibile tamen uidebatur, illos diligenter cogitatus, in quo statu reliqua nauigia ipsi relinquerent, & quam facile in aliquod graue periculum inciderent. Adhac cum hostiles classes tam procul inuicem abessent, cumque Veneti eodem tempore ad nauigare possent, quod Selyma classis adueheretur, huius cemodi timore prorsus inanem esse affirmabat, eo卿 magis quod d' relictis in Creta quibusdam ex his triremibus quæ minus erant expeditæ, ac reliquis instauratis, totius iter celeri cursu absolu erent. Cum autem Columna his rationib. iam assentiri uidetur, ambo uenetam prætoriam adire, ipseque Liceti regulum, & Sermonette Honoratū, Andreas uero Carolum Atualum secum ad duxit. In ea, præter Venerium, aderant etiam Sfortia Palauincinus uenetæ militiæ præfetus, & Iacobus Celsus classis legatus, quib[us] omnib[us] perhumaniter salutatis, quā primū de suis rebus priuatos sermones habere

Sforzia Palauincinus.

Iacobus Celsus.

habere cœpit, easque rationes afferre, quas  
prius Columnæ in familiarí colloquio de-  
monstrarat, & cur saltem ad Zacynthum  
usque proficisci cuperet, ac etiam super his,  
quæ à Venetis, uti prius ab Antonio, ins-  
ferri potuissent, líquidoque ostendit, si cum  
diutiis retinerent, id maximo cum dám-  
no ac detrimento regiae classis futurum, &  
nullo ipsorum compendio. Cum Sforza  
intelligeret, nihil posse in mediū adduci,  
quod ipsius rationibus obstaret, dixit, eis  
pollicitum esse quod per totum Septem-  
bris mensem cum eis moraretur, si Cypria  
nauigatio suscipienda esset. Itaque his diebus  
computatis, terminus in Cypro transi-  
deberet. Quonia uero aliqui dies necessa-  
rii forent pro redditu in eum locum, ubi tu-  
erant, aequum ac honestum sibi uideri, ut  
cum eis toto eo tempore permaneret, quod  
ab eo ex primo itinere absumeretur, seque-  
propterea cum ea classe illusc ab Hispano  
missum esse, ut uenetæ Reipubl. præsidio  
adesset. Etsi uero de Thremi fama actum  
erat, se tamen sperare, illū pro uirili effectu-  
rum, ne ipsorum classes in aliquid discrī-  
men incurrerent. Huic Auria respondit,  
idcirco diem à se præscriptum, ut asso-  
ciatis uiribus, cum hoste armis decer-  
tent, & donec uniuersi eadem in senten-  
tia

tia perseverarent, sibi ab Hispano in-  
functum, ut eam Veneti Senatus ratio-  
nem haberet, quam earum ditionum,  
quæ ad ipsum spectarent, omnemq; oc-  
casionem abriperet, qua regiam classem,  
insignem illustremq; redderet, & simile-  
tiam Turcarum potentiam (quoad per se  
fieri liceret) comminueret, idq; si accidis-  
set, nūquam sanè de huiusmodi profectio-  
ne quicquam omnino cogitasset, nec tum  
etiam id cū animo uolueret, si quid ex pu-  
blico decreto in eum posthac molituri es-  
sent. Cæterum cum nulli alij rei iam studen-  
dum foret, quam ut classes in tutum redu-  
cerentur, se nescire aiebat, quid cōmodi ex  
se consequerentur, si eos Zacynthum usq;  
comitatus esset. His alijsq; rationibus ad-  
ductis, fieri tamen haud potuit, ut uel ipse,  
uel reliqui ex socijs ullā earum admitterer,  
moxq; Columna. Tam multa (inquit) hūc  
usq; Auria peregit, ut optimā spem nobis  
iniecerit, illum posthac minime defuturū,  
in quibuscunq; rebus poterit, necq; sic tem-  
poris avarum, ut bidui spatiū dene-  
get. At ille, sibi optimē exploratum di-  
cebat, quid'nam præcipue in mādatis ha-  
beret, atq; idcirò se facturum, quod magis  
pea classe tuenda cōsentaneum iudicaret.  
Tum Antonius illico subiunxit, se haud  
quaquam

quaquam ignorare, sibi ab Hispano imperatum, ut ea perficeret, quæ ad sui munieris functionem pertinerent, & si ab eodem sibi foret iniunctum, ut ei obtemperaret, se quidem haud grauatè id facturum esse, ac etiā eodem animo futurū, quoties id sibi quidpiā huiusmodi ab eo Rege præcipiteretur.

Adhæc Auria, ipsum haud sanè classis imperium habere inquit, neq; Regem hoc iubere: at se cum eo colloqui tanquam cum homine pōficio, & propterea si quid aliud magis arcanum ac recōditum haberet, id palam indicaret, suoq; diplomate ostenderet. Hoc statim Antonius afferri, legiū iussit, atq; ait se minimè credere, Hispanū id constituisse, ac si pontifex aliquem præfulem, uel Patriarcham præfecisset, quibus huiuscmodi honores dari consueuerunt at se potius arbitrari, quod cu'm pontifex ipsius opera uti uoluerit, ipse quoq; Hispaniarum rex eadem erga se fiducia motus, id munieris ac dignitatis in eum contulerit.

Quod si forte aliam esse regiæ mentis sententiam nosceret, libere atq; aperte diceret His dictis Auria press' luculenterq; respōdit, & totius orationis summa hæc extitit: se id facturum quod magis pro classe conservanda expedire animaduerteret, cuiquidem se solum præfectum esse asserebat.

Tum

Tum Columna, cum forte hanc esse optimam decidendæ controversiæ ratione sibi persuaderet, Auria proprio nomine compellans. Si tibi, inquit, iniunxero, ut hic remaneas, obtemperabis ne? At ille cum haec propositio regiae classi, regisq; Regnis haud mediocre **incommodum** ac dispensandum afferre posset, cumq; sibi neutiquam a suo Principe iniungeretur, ut pro retam parui momenti, uti erat Veneros comitari eo tempore, quo nullum eis periculum imminebat, præfatae classis in columnitatem negligenter, necessum foret, ut, si hoc sibi præcipere ueller, eadem qua Ioannes Austrius, auctoritate polleret. Is autem sibi posterius progressus, rogauit, num auctoritas austriaca eadē esset, quæ olim Garziax Tolterani extitisset. Cum uero is eandem fatetur, mihi ergo, inquit, eadem est quæ Austriaco. Tum Auria, si res ita esset, supremū in regia classe ius ac potestatem habuisset, ipseq; cum in iure dicendo, tum quoq; in alijs rebus secum aliter egisset. Cum autem is rursus adderet, se hoc ei lubens pro sua humanitate concessisse, suumq; Imperium non modo ad ius dicendum extendi, sed etiam ad ordines distribuendos, ipsiç Mar chionis titulo Turris maioris, qui duobus

Ff pedis

peditum millibus in ea classe præerat, et  
regio præscripto iniunctum, ut ei obsequie-  
retur ac obediret, illi tandem respondit, eū  
ualde decipi, scilicet id facile intellecturum ex  
regio diplomate, in quo tam amplam sibi  
authoritatem à rege traditam asserebat, ac  
etiam insuper ex Aluaro, & Cardono, faci-  
lē cognosciturum, quis nam Iberæ classi  
præficeretur. Is autē subiunxit, quod, qua  
tenus ad triremes pertinebat, sibi satis erat,  
ei posse imperare, ac etiam se uelle præfatū  
Marchionem accersere, ut uideret, an sibi  
esset obtemperatus, nec' ne. Hic Auria, il-  
lum haud sane, inquit, facturum, quod sibi  
à M. Antonio suberetur, sed tantummodo  
quod ipse solus imperaret. Tum Aualus,  
qui unā cum eis aderat, ea'q; omnia corām  
audierat, se quoque nonnullis cohortibus  
præesse, ut Marchio à Turri, nec tamen se  
ulli alij, quam Auria, uel quibus ipse in-  
fungeret, obsequuturum dixit, atque ita si-  
bi à Neapolis prorege mandatum esse. His  
uerbis Antonius haud mediocriter suc-  
censere uisus est, atque ad Aulum conuen-  
sus, mihi, ait, per exiguum est, ut video,  
quod, ut tibi aliquid iubeam, relinquitur,  
& ille, mihi multo minu's, inquit, ut ipse ci-  
bi absque regio iussu obtemperem. At  
Colum,

## LIBER PRIMVS.

5

Columna se in multo illustriores duces,  
qui ampliori loco ac dignitate uigerent,  
imperium exercuisse addidit, & Aulus as-  
surgens, id minime inquit. Cæterum ne  
huiuscmodi altercatio maiora dissidia pa-  
re, et, Auria præcepit, ut inde statim abi-  
ret, isque respondit, se illi tanquam suo duci  
& superiori obtemperaturum esse, nec ul-  
terius pro eo tempore ad eius prætoriam  
accessit. Abeunti autem Columna, sic cine  
(inquit) Catole, tam modica mei nomi-  
nis ratione habita, cum tuo maiorí fratre  
colloqueris? Tū Auria, quā m, inquit, An-  
toni male iūicem conueniunt bilis, & au-  
thoritas. Etsi uero is dixerat, se quidē post  
hac nihil amplius de his rebus, quæ ad re-  
giam classem attinerent, collocuturum es-  
se, priusquam tamen à locis recederet,  
promittit, se illos libenter comitari uel-  
le, atque agere, quod eis libitum foret, do-  
nec ille Mensis desineret. His transactis,  
proxima die, quæ fuit uigesima septima,  
omnes una Cretam uersus, iter suscepere,  
uixque soluerant, cùm uenti rursus ma-  
gnoperè aduersari, adeo ut uarijs turbi-  
nibus ac procellis hæc, illâc impelleren-  
tur, postq; multas iactiones, tandem ad  
littus, qd uulgò Vndā uocant, peruenere,

Ff 2

ibid

ibicq; duæ triremes pontificiæ perierunt.  
Auria interim quatuor illis triremibus, de  
quibus h[ab]et supra dictum est, refici, nouisq;  
anchoris præmuniri iussit, moxque, ubi  
Aluaro negotium dedisset, ut reliquas, qui  
bus ipse præerat, instaurari curaret, & con-  
tinuo cum alijs triremibus numero decē  
subsequeretur, trigesimo die ad urbem Cā  
diam appulit, atq; ibi reliquā classem pra-  
stolatus est. Biduo post ibidem affuit Bacia  
nus cum præfatis nauigij, ac etiam cum  
quadam tritemi quæ paulo ante amissa pu-  
tabatur. Interim Auria subinde certior fa-  
ctus, nihil aliud agendum superesse, cumq;  
non modo mensis, quem socijs præfixerat,  
sed omnino quatuor illi dies quos Palau-  
cinus tātoperē urgebat, præterlapsi essent  
re prius cum Aluaro, & Cardono diligen-  
ter communicata, cum utroq; M. Antoniu  
adiuit, eiq; dixit, quod postquam tempus  
a se destinatum, quo sibi cum socia classe in  
illis oris manendū erat, præteriisset, cu[mq;  
nihil aliud in uenetæ Republicæ benefi-  
cium a se agi oporteret, se quamprimum  
Siciliam cogitare, ut illuc regiam classen  
reduceret. Columna his tādem rationibus  
permotus, eum fraternē amplexus est, &  
peramanter dimisit, eiq; abeunti omnia  
fausta & sc̄lacia precabatur. His peractis  
recd

rectā Venerium adiuit, & cum eo de ijsdē  
rebus sermonem contulit, cumq; rogare-  
tur, num Columnam allocutus esset, idq; a  
se factūm diceret, statim Auriam comple-  
xus, & suo, & ueneti Senatus nomine, plu-  
rimas egit gratias, atq; ubi uicissim omnia  
læta & pspera exoptasset, singulari beneuo-  
lentia & humanitate à se dimisit, moxq; a-  
lijs proceribus ualedicens, ex Creta Messa  
nam uersus, profectionem suscepit, eoq; tā  
dem cum classe incolumis peruenit. Hęc  
sane quæ modo de Aurianis rebus, & Hi-  
spana, uenetaq; classe, à me hucusque dicta  
sunt, et si longe breuioribus uerbis explica-  
ti poterant, quia tamen res omnino digna  
uisa est, quæ ob plurimas causas, eo quo ge-  
sta est ordine, recenseretur, & quia etiā non  
nulli ex illustribus uiris, quorum in me be-  
nevolentiam plurimis in rebus expertus  
sum, nō modo petierunt, sed etiam pro ea,  
qua apud me ualent authoritate, quodam-  
modo imperarunt, ut quicquid ea de re mi-  
hi compertum foret, id totum sincere om-  
niq; affectione uacuus, enarrare, nihil præ-  
termissum uolui, quod quidē ad totū hoc  
negotium spectaret, in eoq; ingenui me  
scriptoris officium præstisile, hi, spero, fa-  
tebuntur, qui uel ipsum et his rebus inter-  
fuerunt, uel isthæc ab hominibus fide di-

*Auria redit  
in Siciliam.*

gnis acceperunt. Ut uero interim aliquid  
*De ueneta classe.* de ipsa Venetorum classe dicatu, satis con-  
stat, eam initio longe pulcherrimam, omniq[ue] militari praesidio quam optimam instructam  
fuisse. Non enim commeatus, non bellica  
instrumenta cuiusvis generis, non manus  
militum electissima, ducesq[ue] ac praefecti  
rerum gerendarum periti, non quae deniq[ue]  
praelitorum nerui a plerisque iudicantur,  
pecuniae defuerunt. Nam praeter stipendiarios  
atque auxiliares milites, illuc etiam  
plurimi, ex diuersis partibus Italiam, ac ex  
alijs gentibus aduenere, cum bellica disci-  
plina, tum generis prosapia insignes, hicq[ue]  
partim religionis causa, partim etiam lau-  
dis, ac patriae studio impulsi, ultrò, suisq[ue]  
sumptibus ad eam expeditionem iuerant,  
omnemq[ue] rei bene gerendae occasionem  
cupientissimis animis præstolabantur.  
Nam singuli eorum sic affliti esse videban-  
tur, ut quiduis potius perlaturi essent, qua  
ut quicquam se, suorumq[ue] maiorum vir-  
tute indignum committerent. At in me-  
dio cursu medijsq[ue] conatibus, eorum clas-  
sem pestis, & diversa morborum genera in-  
ualere, quibus deinde factum est, ut brevis  
maior illorum pars, & quidem ex posteriori-  
bus, concideret. Quibus autem ipsa mors  
cum pepercit, ita febrisbus, reliquisque  
morbis

morbis debilitati sunt, ut uix ægra & languida membra sustinerent. Et sane multorum est opinio, eaçp uerissima censetur, supra quadraginta millia uirorum ea ~~proced~~ <sup>est</sup> te interisse. Id autem potissimum cœli inclemensia, & mutatione uictus accidisse, perfacile credi potest. Cùm enim ex patro, & maxime temperato aëre in calidissimum clyma, & tum quidem, quum sol magis ferueret, ad nauigassent, illico eorum corpora tabificam & contagiosam luem contraxere, qua sensim extinguebantur. Inter alios, qui erant præcipui nominis, obiit etiam in ipsa profectione, Hieronymus Martinengus comes, qui multa cum laude diu Venetis inferuerat, omnibusque ob egregiam fidem, prudentiam, summamque rei bellicæ peritiam, longè charissimus extiterat. Hunc Senatus Famagustam cum imperio miserat, exque illius præscripto secum ad tria millia uirorum instructorum in eam insulam adducebat.

Vt primū classis Corcyram redijt, Hieronymus Zianus ex Senatus consulo iniunctum est Augustino Barbadico, ut Hieronymum Zianum rei naualis præfectum, & Marçij ordinis, omni imperio & authoritate exueret, ac etiam captiuum Venetias

*Sebastianus* perduci iuberet, in eiusque locum *Sebastiū*  
*Venerius* num *Venerium* illius insulæ prætorē, sub-  
*clasi præ-* stitueret. Huius autem rei causæ perplures  
*featur.* ac iustissimæ feruntur. Cæterum & si uel  
*huius culpa*, uel satis aduersantib. evenit,  
*ut Selyma classis absq; ullo impedimento*  
*in Cyprum appulerit, breviter post, pluri-*  
*ma damna insularibus attulerit, & tandem*  
*eo tempore Nicosiam expugnabit, haud ta-*  
*men h̄c prætereundum censeo, quod i*  
*nonnullis uenetæ nobilitatis, qui cum au-*  
*thoritate præfuerūt, uarijs in locis magna-*  
*cum laude gestum est, ut appareat neq; il-*  
*lis animum defuisse, nec etiam præsentem*  
*occasione, ullo modo ab eis neglectam.*

*Quoniam autem eorum locorum quæ in*  
*Epiri descri* Epiro sunt, h̄c persæpe fit mentio, non ab  
*piuo.* re fore uidetur, si eius situm breuiter osten-  
*dero. Hæc regio primum Molossia dicta*  
*est, & à Chaone Heleni fratre Chaonia,*  
*nunc uero Albania uocatur, estq; in ea par-*  
*te Græciæ, in qua olim Pyrrhus regnauit.*  
*Quondam urbibus populisq; fuit frequē-*  
*tissima, sed à Romanis subacta, quum sœ-*  
*pius deficeret, penè insolitudinem redacta*  
*est. Epiri latus maximè septentrionale ter-*  
*mínatur parte Macedoniæ, latus orienta-*  
*le inde per lineam, quæ est iuxta Achaiam*  
*usq; ad ostia Acheloj fluminis, quæ iuxta*  
*Pole;*

Ptolemaeum gradus habet 48.26.32.30. La-  
tus uero eius occidentale per Acrocerau-  
nia Ionij maris littoralis. In ea sunt ciuita-  
tes Nicopolis & Ambracia. In fronte siti  
sunt montes Ionium pelagus ab Adriati-  
co dirimentes, hiç à ueteribus appellatur *croceraunij*.  
Acroceraunij, uulgo autem Chymarioti.  
Huius itaq; regionis incolæ per fidos nun-  
tios miserunt Corcyram ad Sebastianum  
Venerium, eiç polliciti sunt arcem, quam  
incolæ Chymeram uocat, in qua erant mi-  
lites numero treceti, ea tamen lege, si ipse-  
met cū pedestribus copijs presto ibi affuis-  
set, nauescç aliquas, uel triremes ea parte,  
quæ sinu Ambracio alluitur, ad se mitten-  
das curaret. Ut uero illius animum om-  
ni hæstitione sublata, magis magisq; con-  
firmarent, nonnullos obsides ei desti-  
narunt. Is igitur conditione accepta, il-  
luc aduenit cum aliqua cohorte, ac turmis  
equitum (numerus autem ad tria millia ui-  
rorum fuisse dicitur) & duabus nauibus  
rostratis, moxque illi se circiter mille ad-  
iunxere, quibus exemplò armatis, ca-  
strum adortus est, colléque ab ipsis & Græ-  
cis uelitibus occupato, præsidium quod  
ab eis haud procul iam aberat, strenue re-  
pulerunt. Itaque mœnium defensores ab  
hoste circumcessi, omnisc; spe destituti, se

noctu in quandam uallem ibi proximam demisere, nostrisq; in sequentibus pars interfecti sunt, & reliqui capti, in eorum manus deuenerunt, atq; ita breui spatio, arce, alioqui munitissima, citra cruentem potiti sunt, indec abeūtes, firmum atq; ualidum praesidium imposuerē. At præses ob facinus tam egregiū, ab eis Pater patriæ, ac liberator, una omnium uoce summaq; gratulatione salutatus est. Dum hæc a Venerio fierent, Byzantini, qui Nouum castrum inhabitant, dolo ac insidijs egressi, duas trimes ex nostris occuparant, & cum illis ad septem nauigia, quæ ad Ascriuenses, pro arcis defensione mittebantur. Cæterum hac uictoria non diu exultarunt, quandoquidem Quirinus classis legatus, cum circiter quatuor ac uiginti triremibus quam optimè instructis, ingressus Peloponensem, ibiq; iuxta sinum, quem incolæ Mainum appellant, arcem quandam longè munitissimam, biennium antea pro illius loci uitione ac securitate ab hoste conditam, protinus, terra & aquis tanto bellicorum tormentorum fragore, inuasit, ut infra quinq; horas expugnaret, & quadringentos milites præsidarios trucidarit, arcemq; diruta, & humili æquata, uigintiquatuor æneas machinas ibi repertas, illico Zacinthum perduci

M Antoni-  
us Quiri-  
nus.

ducis iussit. Interea Veneti classe denuo inserviū sine mora. Tamassū præsidio subleuandum statuerunt. Illuc itaque missus est præfatus Quirinus, qui commeatu, ac militi obsecros iuuare. Illuc autem ad nauigiauit cū quatuor nauibus ac tredecim triremibus, in quibus electorum militum ad duo millia uehebantur. Vbi ergo illuc tandem peruenisset (quod sane nouem dierum spatio fuisse aiunt) ē uestigio alatum præsidium, in terram exposuit, moxque Astorrem Baleonum adiuit, ut ab *Astor Ba-*  
*eo, in quo statū res ciuitatis forent, pleniū leonis,*  
intelligeret. Hic se continua quadam obſidione teneri dixit, hostemque ad octo triremes habere in portu, qui Constantia dicuntur, & iuxta illum erexisse munitum, idque obſtare, quo minus ad eos quicquam commeatus, ex monte ibi proximo afferretur, eum tamen posse suis nauigis illa hostilia cōmodē inuadere, parvoque negotio deuincere, ac se interim una cum recēti præſidio aduecto, ad turrim expugnandam egressum esse. Vbi hoc statuissent, uterque operi accingitur. Quirinus de improviso Thraces dormientes, ac inopinatos adortus est, moxque unam ex triremibus cœpit, tres superpressit, & reliquas in fugā coniecit, in quarum una erat illarum trierarchus. Alter uero

uero sub idem tempus haud segniter munitionem aggressus, illam protinus expugnauit, & circiter quadringentos milites, qui erat pro praesidio interfecit, duoq; maiora tormenta illis reperta, in oppidum deferri curauit, arcq; disiecta, sese in columnac uictorē ad suos recepit. His peractis, M. Antonius omnes merces, & quae à mortali bus prima ducentur, unā cum puerulis, alijsq; inutilibus ad bellū, in suas naues cōportari iussit, & cum illis in Cretam reuersti statuit. Cū itaq; soluisset, haud prout Taz masso, quædam nauigia illuc properantia conspexit, eaq; adortus, cōfestim expugnauit ac cœpit. Eranc uero in illis quatuor remes byzantiæ, cum nauī quæ aduehebat quingentos lanizeros, & nummūm aureorum ad sexaginta millia, duoscq; cados plenos ea moneta, quā ipsi Aspros uocāt, quæ sane omnia mittebantur Constantinopoli in auxilium eorum, qui oppidū obsidebāt. Etsi uero nihil aliud, iam hyeme aduentante, à patribus in Senatu agi poterat, ipsi tamen interim noctes diēscq; cogitatāt, quānam ratione tantū bellū à se propulsarent, & quibus praesidijs tam dirum hostem opprimerent, uel saltē ipsius tyrannidem euitarent. At quia Selymam potentiam satis probē nouerāt, eos minimē latebat, si bellū diutur.

diuturnum foret, se suis ad eod uiribus inni  
xos, plurimis damnis afficiendos, maiusq;  
subinde periculum sibi ab hoste præpoten-  
ti ac importunissimo imminere, ideoque  
suis rationibus maximè consentaneum fo-  
re iudicabant, si cum aliquo rege foedus ac  
societatem inirent. Ex omnibus autem ne-  
minem aptiorem conspiciebant, quiq; ad  
hoc facilius impelli posset, quam Hispania  
rum Regē. Hunc enim norant insito quo-  
dam odio in eum ferri, nec tantum religio  
nis causa, sed etiam quia regna habet finiti-  
ma, & hostilibus eruptionib. obnoxia, sem-  
perq; sibi ab eo metuere cogit. Dum in  
ea re animi cogitationem intendunt, atq;  
id quo modo tandem perfici queat, inter  
se constituunt, Pius V. Romanus pontifex  
plurimis rationibus adductus, idem pro  
sua mente uoluebat, & in hoc studium se-  
dulo coepit incumbere, ut eam Rempubli-  
cam cū Hispano iungeret, ac seipsum quo-  
que, suasq; opes eodem foedere deuinciret.  
Ipsis autem principibus, apud quos id ne-  
gotij tractabatur, eo facilius persuasit, quod  
magis ad utriusq; commodum ac benefi-  
cium id spectare uidebatur. Etsi enim Tur-  
ca bellum cum Venetis tum præcipue ge-  
rebat, Hispanus tamē sciebat, haud meliori  
conditione seipsum futurum, si forte acci-  
deret,

deret, ut ipsi eius potentia opprimerentur.  
Marteque succumberet. Norat enim se mox  
ab eodem hoste inuadere um, sibique grauius  
periculum instare, quod magis ea Respubli-  
ca, quae tot saeculorum spatio floruisse, quae-  
que uel sol interdum hunc hostem deuis-  
cit, aut eo tandem adegit, ut pari conditio-  
ne arma deposuerit, nunc tandem fato ad-  
uersante, funditus concidisset. Hunc itaque  
censebat, multo facilius laedi posse, uel saltu  
illius uim longe commodius propulsan-  
dam, si aribo iunctis uiribus belli molem su-  
stineant, quam si seorsim, nulloque admini-  
culo contra eundem sibi dimicandum fo-  
ret. Huiusmodi autem sociates nonnun-  
quam inter uarios Principes, etiam legibus,  
& moribus inter se differentes, cum nostra,  
tum Patrum memoria, & his quoque tempo-  
ribus, quibus Graeci, & Romani imperio ui-  
gebant, initas fuisse, haud sanè ignorabant.  
Siquidem, praeter innumeros alios, memi-

**Fædus inire** nerat, Massinissam regem Numidiæ, acer-  
**haud insol-** rimus prius hostem populi Romani, deinde  
**eum apud** ob Sophonisbam sibi erexit & Syphax  
ueteres. traditam, fædus percussisse cum Romanis,  
& in eo constanter perseverasse, indeque ma-  
ximas utrumque commoditates adeptum. No-  
rat insuper, Heluetios Galliam inuasuros,  
prius opera Orgetorixis, Caisticum inter  
Sequa-

## LIBER PRIMVS.

95

Sequanos, tum facile principem, itemque  
Dumnorigem Heduum, qui eos tempore  
principatum in ciuitate sua obtinebat, &  
plebi in primis acceptus erat, sibi in socios  
asciuisse, ut eorum viribus adacti, prospe-  
rum suis conatibus euētum consequen-  
tur. Hannibalem præterea emensis Alpi-  
bus, iam Italiam ingressum, summo studio  
procurasse, ut Insibres, ac Boios sibi adiū-  
geret, quod facilius Romanos inuaderet.  
Proinde hi Principes suis rebus opportu-  
ne consuluerunt, ut in communī periculo,  
de contrahēdo fēdere statuerent, quod mu-  
tuis viribus, incitatos præpotentis hostis  
impetus retardarent, eiusq; conatus com-  
primerent. Cæterum qua conditione id  
tandem percussum atq; initum sit,  
quidq; inde postea euenerit,  
proximo libro enar-  
rabitur.

PETRI

PETRI BI-  
ZARI DE BELLO  
CYPRI, LIBER  
SECVNDVS.

*M. Antonius Columna  
mittitur Venetias.*



T primum inter hos Principes, de quibus hic supra dictum est, de contrahendo fœdere agi cœpit, missus est Venetias Marcus Antonius Columna, qui nomine Romani Pon-tificis, ac Hispani, apud Venetum senatum de ipso fœdere, ac eius conditionibus age-ret. Philippus autem eandem ob causam Romæ legatos constituit Antonium Peronotum Granuelum, & Franciscum Paccum, utrumque Senatorij ordinis, atque his etiam Ioannem Zunigum, qui apud Pontificem eius nomine legationis munere fun-gebatur, adiecit, quod eis, uel altero eorum legitimè impedito, duobus ex eis de ipso fœdere agendi, atque illud concludendi por-testas daretur. Venetus autem eiusdem for-deris tractandi & peragendi negotium da-xissi-

rissimis equitibus Michaëli Suriano, & Ioanni Superantio commisit. Cùm itaque per aliquot dies ea de re cùm Romæ, tūm Venetijs, per nuntios quām accūtissimē ageretur, tandem ex communī omnium consensu fœdus initum atque transactum est e modo, hisq; conditiōnibus, quæ infrascriptis capitibus continetur.

Et primo, ut fœdus quod ad Turcatum vires (Deo auspice ac fauente) destruendas, prælati contrahētes, inter eos initum esse voluerunt, esset perpetuum, & nō modo ad ipsorum contrahentium, ac eorum qui eidem coniunctioni ac fœderi adhærent, statuum Dōminorumq; ab eadē Turcatum gente defensionem, sed etiam ad ipsius gentis ab omni terræ marisq; parte offensionem ac inuasionem, Algerio, Tuneto, ac Tripoli etiam compræhensis. Ad eius autem fœderis executionem & observationem, inter eos conuenit, ut tam maritimæ, quām terrestres copiæ, quibus in hoc bello usuri essent, ducentis triremibus, centum onerarijs nauibus, peditibus Italij, Hispanis, ac Teutonicis quinquaginta millibus, equitibus autem leuis armaturæ quatuor millibus & quingentis constarent, adiuncto idoneo tormentorum bel-

Fœdus d. māmī  
ac mātura 71

Fœdus inter  
Ponificem,  
Hispanum,  
O Venetos  
contra Tur-  
cam, eiusq;  
ariculi.

Gg lico

licorum numero una cum commilitibus reliquisq; rebus opportunis, utq; singulis annis mense Martij, uel ad summum Aprili, in mari Orientali prædictæ copiæ omnes comparatae, coactæque omnino inuenirentur, quibus copijs earum duces ad ea, quæ illis, pro occasionum ac temporum ratione utiliora cognoscerent, in communis hostis maius damnum ac detrimentum, uel ad maiorem sociorum, Principum, & Christianæ Reipublicæ utilitatem uterentur. Quoniam autem si eri posset, ut expeditio aduersus aliquas hostis loca, quæ ad fœderatorum Principum ditionem spectarent, conuerterentur, classium Præfecti (hoc si forte contingenteret) uel de copiarum parte necessaria defensioni eorum locorum prospicere tenerentur, uel etiam si opus foret, huiusmodi expeditione relicta, omnes uires ad eorum locorum tuitionem uertentes, quæ hostilibus armis inuaderentur. Interim autem fœderati Principes Romæ, per suos Oratores cum Pontifice quotannis in autumno de his constituerent, quæ proximo anno agi oporteret, & de copijs ineunte Vere comparandis, maioribus, uel minoribus, prout rei necessitas postularet.

Super

Super communis uero impensarum faciendarum collatione, inter eosdem sic sanctum est, ut Pontifex cum suo, tum senatus nomine, pro hac expeditione tam offensionis, quam defensionis causa, suscipienda, duodecim triremes omni bellico apparatus instructas, inferre adiunctis pro sua terrestrium copiarum proportione, peditem tria millia, equites autem ducentos ac septuaginta polliceretur.

Præfati autem Oratores, Philippi Regis, ac successorum nomine promiserunt, illum totius impensæ in idem bellum faciundæ tres partes, & Venetorum Legati cum Principiis, ac Senatus Veneti, tum etiam successorum, ac Republicæ nomine, promiserunt, illos totius impensæ duas sextas partes collatuos.

Præterea idem eorundem Principium nomine polliciti sunt, se alterius partis impensæ, quam Romanus antistes in foedere anni M. D. XXXVII. conferre tenebatur, illud residuum esse collatuos, quod idem, & Romana sedes conferre nequiret, ita scilicet, ut eo residuo in quinque partes diu so, Hispanus tres partes, Veneti duas persolverent, hoc modo uidelicet, quod prædictis duabus partibus Veneta Republica uiginti quatuor triremes militariter in-

structas contribueret, ea conditione, ut si  
hoc ad integras duas partes non sufficeret,  
quod illis deficeret, supplere teneretur. Si  
autem supereret, ipsi ab Hispano alijs in  
rebus reficeretur.

Adhac ijdem Venetorum Legati pol-  
liciti sunt, eundem Principem, ac Senatū,  
si Pontifici eiusq; successoribus ita uidere-  
tur, prædictas duodecim triremes omni-  
bus naual bus instrumentis, tormentisq;  
bellicis, & alijs armamentis ad eorum tor-  
mentorum usum necessarijs instructas, cō-  
modaturum, quas Pontifex eisdem resti-  
tuere deberet, prout saluæ forent.

Item quia in prædictarū triremium na-  
uumq; numero, alijsq; rebus expeditioni  
utilibus ab Hispano, ac Veneto compa-  
randis, quemlibet illorum plus conferre  
oporteret eārum rerum, quarum illi maior  
copia & facultas suppeteret, idcirco è com-  
muni sententia statuerunt, ut quicquid u-  
terq; illorum plus harum, uel illarum re-  
rum conferret, quam pro rata parte im-  
pensæ ad eum spectaret, id ei ab altero alijs  
in rebus compensaretur.

Item si commeatus qui quotidie consu-  
muntur, in aliquo loco alicui sociorum de-  
ffent, caperetur ex his locis atq; oppidis  
eorum, apud quos degarent, honesto ta-  
men

men prætio, ac tenerentur extractiones a-  
pertæ ad beneficium expeditionis, quare  
nus necessitas eorum locorum, unde sua-  
rum copiarum prouisione fœderati ex-  
trahi uolent, ferre posset, præsertim cum à  
quouis eorum huiuscmodi commeatus  
parari oporteret ea maiori copia quæ ha-  
beri posset. Ne autem aliud, quam uera ur-  
gens, necessitudo ab huiusmodi obliga-  
tione quempiam eorum excusaret, nulli  
concederetur, quicquam ex rahere ex illis  
locis, in quibus aliquam commeatus quā-  
titatem prætenderet, nisi prius consœde-  
ratis pro suarum copiarum maritimarum  
ac terrestrium indigentijs, ex eodem loco  
prospiceretur, ea tamen lege, ut Hispano  
liberum foret ex Regnis Neapolis, ac Si-  
ciliæ, commeatus pro Guleta, Melite, ac e-  
ius classe prius prouidere. Quibus autem  
in locis pro exportatione certum aliquod  
uectigal pendi soleret, id nunquam in de-  
trimentum exportationis sociorum auge-  
retur: at in quibus locis certum esse non so-  
lvet, sed arbitrarium, id certam quandam  
& honestam pretij summan' ne excedereret,  
sicut in Neapolis Regno, pro quouis cur-  
ru duntaxat persoluerentur quindecim  
ducati monetæ illius Regni, licet hæc sum-  
mam impositio, quæ alijs fieret, excede-

Gg 3 ret.

ret. Sin autē isthæc esset minor, socij Principes aequalem portionem exhiberent. At in Regno Siciliæ pro extraordinaria inditio, non amplius pro qualibet Salina soluerent, quam duos aureos illius monetarum, licet maior impositio reliquis iniungatur. Sin minor esset, minorem, ut alii persoluerent, nec earum causa in utrovis Regno præmium augeretur, quoties foederatos frumenti causa, pro suarum copiarum prouisione illuc ire, uel mittere contingere.

Item, ut quoties Hispanus à Turcis, & nominatim etiam ab Algerio, Tuneto, ac Trípoli, eo uidelicet tempore, quo nulla communis foederatorum expeditio fieret, inuaderetur, Venetus quinquaginta triremes perbellè instructas & armatas illustraret, sicut idem anno superiori erga illum egit, atque idem Hispano agendum foret, quoties Veneti inuaderentur, sic tamen, ut ab hoste inuaso, huiusmodi subsidium petenti, negari nō posset, dummodo pro eius defensione maiores auxiliari bus, quas peterent copias, suis sumptibus haberent, neque tamen huius capituli prouisione, his quæ de generali defensione, in primo capite continentur, quicquam præsumptio derogatum esse intelligeretur.

Præterea

Præterea, si ita eueniret, ut Philippus Rex, Algerianam, uel Tuneranam expeditionem fusciperet aliquo anno, quo neque aliqua communis foederatorum expeditio fusciperetur, necq; Byzantina classis huiusmodi forer, ut uerisimile uideretur. Venetis à Turca magnum aliquod periculum impendere, præfato Regi quinquaginta triremes remigibus ac propugnatoribus, cæterisq; rebus instructas & paratas, subsidio mittere, tenerentur, sicut idem anno superiore illis miserat, & uicissim ab eodem idem auxiliū Venetis mitteretur, quoties eorum Respublica, aliquam expeditionem intra sinum Adriaticum, ab Apolonia uulgo Vellona nuncupata, Venetias usq; fusciperet.

Item, si contingenteret, oppida & loca Romano Præsidi subiecta, inuadī, præfati Principes tenerentur, omnibus eorum uitribus prædicta loca, & ipsum Præsidem iuare, actueri, saluis tamen alijs quibuscunque illorum erga ipsum, & Romanam sedem obligationibus.

In belli administratione, omnibus consilij habendis, & consultationibus facendis, tres præcipui Duces foederatorum conuenient, ac interessent, quodque ipsorum trijus major pars approbasset,

Gg 9 hæc

haec utique communis omnium sententia  
censeretur.

*Ioannes Au-  
strianus totius  
classis Impe-  
rator.*

*Ioannes au-  
strianus  
totius classis*

Dux autem præcipuus ac Imperator totius classis & copiarum terrestrium, quæ classi inseruirent, foret Ioannes Austrius, qui uoto suo cum uotis præfectuum trium Romani dynastæ, ac Veneti senatus, annumerato, id exequeretur atque perficeret, quod maiori eorundem parti magis consentaneum uideretur, ac expediret, iuxta ea, quæ in capitulo proximè antecedenti præscripta sunt. Quod si ille quacunque impedimento & causa, aut non ueniret, aut eo tempore quo classis iam instructa & expedita, nauigatura esset, longius distaret, siue alia quacunque de causa expeditioni adesse nequiret, præficeretur Columna, Paliani regulus.

*Quo uexillo  
classis Prae-  
fetus uti de-  
beat.*

Quicunque autem huius foederis dux atque Imperator existeret, is haudquam proprio uexillo uteretur, sed illo, quod eiudem foederis commune esset, scilicet eiusdem præcipuum ducem nominaret. Si autem aliqua particularis expeditio eo modo, quo supra decretum est, fieret, huiusmodi expeditioni præcesset is, quem uellent pro quibus ea fieri contingeret.

*Imperator ac  
cæteri Reges noriscus locus Maximiliano Augusto, &  
Fran-*

Francorum ac Lusitanæ Regibus relin: non excipiuntur  
queretur, quibus sanè huic fœderi adhæ- tur ab hoc fa-  
rentibus, ea pars impensaæ quæ ad ipsos ad dere.  
hærentes pertineret, in augendas fœderis  
uires conferretur.

Item ut Pontifex paternis cohortatio-  
nib præfatos Reges, atq; alios Principes, q  
Christi nomen gerunt, quiq; hanc expedi-  
tionem iuuare ac promouere possent, ex-  
citaret, quod etiam ipsi ad eam suas uires cō-  
ferrent, communiq; Christianæ Reipubli-  
cæ salutि consulerent, quam quidem ad rē  
Hispanus, Princeps ac Senatus Venetus,  
omnem opem, studium, & autoritatem  
adhiberent.

Item ut partitio eorum locorum quæ  
huiusmodi fœderis armis acquirerentur,  
ficeret inter socios iuxta id quod in fœdere  
annī M. D. XXXVII. conuenerat, Tuneto,  
Algerio, ac Tripoli exceptis, quæ quidē  
urbes ad solum Hispanum pertinerent.  
At bellica tormenta, commeatus, & reli-  
qua huius generis, ubi cunque commora-  
rentur, pro rata cuiusque socij parte inter  
eos diuideretur.

Item ut Ragusium cum uniuerso eius  
territorio, locis, rebusq; omnibus, nullo  
damno molestiaue à fœderatis, eorumq;  
copijs cùm maritimis, tūm terrestribus af-

Gg 5 sicere.

ficeretur, nisi ex aliqua iusta causa secus proprietem eiusco*s* successoribus uideresur.

Item, ut nulla controuersia, quae ex qua-  
uis causa ad huiusmodi societatem, atque  
amicitiam pertinente, inter praefatos Prin  
cipes oriretur, uel oriri posset, impedimen-  
tum afferret, quo minus haec ipsa expedi-  
tio secundusco*s* promotionem haberet, qua-  
rum quidem controuersiarum omnium,  
& quarumcunq;  
arbitrium & iudicium  
ad praefatum Pontificem, eiusco*s* successo-  
res pertineret.

Denique, ut nemini ex foederatis per se,  
uel per alium, liceret unquam agere de pa-  
ce, aut de inducijs, aut aliqua de concordia  
cum Turcarum Principe ineunda, sine so-  
ciorum noticia & consensu, atq; ut omnia,  
qua*e* in singulis praedictis capitulis conti-  
nentur, praecipui confederati bona fide  
obseruarent, sicuti Reges, Christianosque  
Principes decet, & aduersus ea, uel ali-  
quod illorum a nemine quicquam agi  
posset.

Has omnes, & singulas conventiones  
& capita, praefatus Pontifex, & suo, & suo-  
rum nomine, Legati uero ac procuratores  
suorum quisq; Principum nomine, bona  
fide, omniq; fraude ac dolo semotis, ex-  
equi, ac inuiolabiliter obseruare, atq; a suis  
Princ

Principibus obseruatum iri, neque quicquam aduersus ea attentatum iri, solenni stipulatione intercedente, promiserunt, ac etiam iureiurando confirmarunt, & propterea mutuo ac uicissim Romanus Antistes de consilio pariter atq; assensu Patrū, omnia & singula Vaticanæ sedis bona tēporalia, stabilia, & mobilia, præsentia, & futura, Legati uero, atq; actores Hispani, omnia & singula Regna, status, & bona stabilia, & mobilia præfati Regis, & legati, ac procuratores Principis ac Dominij Vene-  
ti, bona quæcunq; stabilia, & mobilia, & in horum fidem, ac testimonium, fœdus hu-  
iustmodi, & capitula quæ supra continen-  
tur, proprijs eorum manuum subscriptio-  
nibus, suisq; sigillis confirmari uoluerunt,  
ita quod huiusmodi subscriptiones, cum  
sigillis uim publicæ scripturæ, & contra-  
etis solenniter stipulati habere censerentur, atq; ita firma & rata haberentur, moxq;  
in fidem, robur, ac testimonium omnium,  
& singulorum præmissorum, publicum  
ac solenne instrumentum peractum, &  
ab Antonio Marchesano Pontificis Da-  
tario publicari iussum in Pontificis præ-  
torio, & in Aula Residentiæ Consisto-  
rii, præsentibus Monte Valensio, Ro-  
manæ Vrbis Frætore, Alexandro Ria-  
tio

rio electo Patriarcha Alexandrino, & Cameræ Apostolicæ, ut uocant, Clerico **Alexandro Casalio** Magistro Cameræ, ac **Theodosio Florentino** Cubiculario secreto eiusdem Præsulis, **Antonio Barba Ossorio Hispani** apud eundem legatioris Secretario, **M. Antonio Dominico**, & **Francisco Vianello**, uenetæ Reipub. Secretariis, & **Cornelio** ac **Ludouico Pirmanis**, Magistris Ceremoniarum eiusdem Pontificis, Testibus ad præmissa omnia ac singula adhibitis, uocatis & rogatis.

**Cardinales qui federi assensu sunt.** Hæc sunt igitur foederis capita, quæ pro communi salute, Anno Christianæ S. Iulii, M.D.LXXI. pñ V. anno sexto, & VIII. Cal. Junij, a præfatis Principibus inita, & peracta fuerunt. Cardinales autem, qui tū Romæ aderant, suumq; in hac re assensum Pontifici præbuerunt, hi extitere: uidelicet, **Christophorus Tridentinus** Portuensis Episcopus, **Otto Augustanus Episcopus Prænestinus**, **Alexander Farnesius Episcopus Tusculanus**, **Scipio Pisanus tit. Sanctæ Mariæ Transtiberim**, **Iacobus Sabellus tit. Sanctæ Mariæ Cosmedin**, **Aloysius Cornelius tit. Sancti Marci**, **Franciscus Paceucus tit. Sanctæ crucis in Hierusalem**, **M. Antonius Amulius tit. Sancti Marcelli**, **Ioannes Franciscus de Gambara**

bārā tit. Sanctæ Priscæ, Alphonsus Ie-  
 sualdus tit. Sanctæ Ceciliæ, Nicolaus tit.  
 Sancti Eustachij, Innicus de Aragona  
 tit. Sancti Laurentij in Lucina, M. An-  
 tonius Columna tit. Sanctorum duode-  
 cim Apostolorum, Prosper de Sancta cru-  
 ce tit. Sanctæ Mariæ Angelorum, Flavius  
 Vrbinus tit. Sanctorum Petri & Marcelli-  
 ni, Alexander Cribellus, tit. Sanctæ Mariæ  
 in Ara Cœli, Benedictus Lomellinus tit.  
 Sanctæ Sabinæ, Guilelmus Sirletus tit. Sa-  
 ctæ Laurentij, Michael Bonellus monacus  
 tit. Sanctæ Mariæ supra Mineruam, Fran-  
 ciscus Alciatus tit. Sanctæ Mariæ in Por-  
 ticu, Ioannes Paulus tit. Sancti Pancratij,  
 M. Antonius Maffeus tit. Sancti Calisti,  
 Gaspar Seruantes tit. Sancti Martini in  
 Mōtibus, Julius Antonius tit. Sancti Bar-  
 tholomei in Insula, Petrus Donatus de  
 Cæsis tit. Sancti Vitalis, Carolus Rambo-  
 glianus tit. Sanctæ Eusemiæ, Archangelus  
 Tranensis monacus tit. Sancti Cæsarij, Fœ-  
 lix monacus tit. Sancti Hieronymi Illyri-  
 corum, Paulus tit. Sanctæ Potentianæ, Io-  
 annes Aldrobandinus tit. Sancti Simeo-  
 nis, Vincentius Iustinianus tit. Sancti Hie-  
 ronymi inter imagines, Hieronymus Ru-  
 sticus tit. Sanctæ Susannæ, Ioannes Hie-  
 ronymus Albanus tit. Sancti Ioannis ante  
 Portam

1571

200 DE BELLO CYPRI

Portam Latinam, Ferdinandus Mediceus  
tit. Sanctæ Mariæ in Dominica, & Iulius  
de Aqua uiua tit. Sancti Theodori.

Fœdus publi- 1571 Vbi primum Romæ hoc fœdus publicum  
ratum Romæ cari cœpit, indicet sunt publicæ supplica-  
tiones per urbem, precesq; in singulis tem-  
plis ad Deum effusæ, atq; ignes hinc inde  
accēsi, plurimacq; alia lætitiae signa passim  
edita. Venetijs quoq; idem fœdus pro-  
mulgatum fuit postridie Calendas Iulij, ac  
eiusdem rei causa omnium ordinum sup-  
plicatio habita est, cui Princeps Venetus,  
Legatiq; cæterorum Regum, & Principū,  
omnes interfuerunt. Adhæc sacrifici pro-  
pè innumeri, & Monachi, qui reliquiarū,  
aut præiosi omnino quicquid esset, quod  
uel manibus, vel ferculis gestari posset, co-  
tum id magnificè ostentarunt. Cum his,  
quasi in certamen uenissent Collegia illa,  
uel Scholæ, ut uocantur, quicquid rarū &  
spectandū haberet, exhibuerunt. Refulge-  
bat aureis & argenteis uasis tota area Diui  
Marci, omniaq; vellut aurei quidā montes  
solis illustrati radijs, qui tum admodum  
splendebat, cernebantur. Erant insuper ge-  
statoria quædam, in quibus effecta uarie-  
multa cernebantur, quæ non tam uicto-  
riæ spem, quam uictorias ipsas, triumphos  
quæ quasi partos iam innuerent. In pri-  
mo

mo gestatorio eximia specie, adolescentes suum quisq; scutum, & districtum ensem tenentes, Draconem ex antro prorumpentem, & Lunam insigne Imperatoris Turci, supra Pyramidem collocatam, impete bant. In altero, Imperatores belli tres, Pontificis, Hispani, & Venetorum confistebat.

Hi supplices Diuum Marcum adorabant, quos ille ueluti manu prehendens, ac erigens, uoti compotes esse, beneque omnia de praesenti bello sperare iubebat. His eodem in loco itidem cōsistentes, succedebant confederati ipsi Principes larua ti omnes, ita ut larua personam cuiusq; ref erre, quam proxime uidetur. Pontifex triplici insignis corona, aurata ueste resplendens. Hispanus cæteris insignibus Regis, Purpuratus deniq; Venetus Dux. Hi genibus subnixi, supplices in cœlum manus attollebat. Sacri autem quasi è cœlo assistentes Genij, auxiliū ueluti cœlestē polliebatur. Currus deinde triumphalis cernebatur, & ad hunc assistens mulier, titi uidebatur, Turcica, altera oliuæ ramū prætendens, & Christianis Pacē ultrò offerens, inde redditæ mortalib. optatæ adeo pacis, & redeuntis aurei sæculi monumenta conspiciebantur. Altera uero mulier boues auctorios currū trahentes, leuiter stimulabat.

Taber-

Tabernaculum item erat ibi frondibus ita  
contectum, ut per aperta interualla assidē-  
tes in eo ad mensam, & hilariter conuiuan-  
tes, conspicerentur: mola item argenteis  
rotis insignita, cum opīmis spolijs. Inso-  
lentior Mars ad radices eius montis con-  
sistens, in cuius summo ædificatam arcem  
deuicisset. Simulachra postea quæ poten-  
tiam confœderatorum & diuitias ampli-  
fimas ostenderent, sequebantur. Primum  
ex his Regis Hispaniarum insignibus con-  
spicuum, mons uidebatur quasi excau-  
tus. In cauerna faber cernebatur rude &  
informe argentum, aurumq; malleo subi-  
gens. Castellum huic proximè sublimè fe-  
rebatur Sancti Angeli. Id argenteis affixis  
hinc inde uasis collucescebat. Officina iū  
Venetorum monetaria omnium oculis  
aperta, ita ut in ea duo assidentes conspi-  
cerentur, alter auream, alter argenteam cer-  
tatim excudentes monetam. Hæc omnia  
Neptunus uictor & triumphator mariti-  
mis assistens undis, sequebatur, aliaq; inde  
fercula complura, quæ causa breuitatis o-  
mitto. Postremo innumera penè agmi-  
na monachorum, & sacrificorū, suo quisq;  
ordine consequebantur. Concentu horū,  
erat Legatus Hispani, qui paulo ante Mil-  
fanum

sam in eae D. Marci celebrat, habitu mis-  
fisco induitus, & manu crucē aureā tenens,  
maiorum gentium sacerdotibus utrinque  
stipatus incedebat. Hunc Princeps urne-  
tus cum cæterorum Principum Legatis,  
& senatu Veneto sequebatur. Qui cū ad  
eū peruenisset locū, in quo publicari ipsius  
Decreta solent, cū uniuerso comitatu sub-  
stitit. Ibi tum praeco æditiore locū cōscen-  
dit, & fœdus quod ei ad latus cōsistens Se-  
cretarius de scripto prælegebat, ex alto  
clara uoce publicabat. Summa hæc fuit.

DVCE DEO OPT. MAX, & adiutrice  
beata Maria uirgine, fœdus in communē  
Christianorum hostē (perpetuum) Tur-  
cam, uigesima die Maij inter Pontificem,  
Hispanum, & Venetam Rempublicā, Ro-  
mæ initum Cæsari, Gallo Regi, cæterisque  
Christianis, pro dignitate cuiusque, ad idē  
patere accessum. Id fœdus, ut Reipublicæ  
Christianæ uniuersæ, felix faustumque sit,  
rogandum esse Deum assiduis cunctorū  
precibus. Vix conticuerat pteco, cum tor-  
mentorum fragore, & campani æris soni-  
tu, hisque immixtis lætantis congratulan-  
tisque multitudinis penè innumeræ clamo-  
ribus, undique omnia intorient. Palatiū,  
quæ forum prospectat, infernè aulæis ob-  
ductū, quibus per interualla insignia His-

Hh Hispani,

Hispani, Pontificis, & Venetorum iuncta ui-  
sebatur. Noctu autem ignes hinc, inde ex-  
citati, facesq; ardentes e summis templorū  
curribus ostentatæ. Quies deniq; campa-  
nis nulla data fuit, idemq; diebus sequen-  
tibus duobus, noctibusq; totidem ageba-  
tur. Hæc publicæ signa lætitiae fuerūt. Ut  
autem ad Hispanum redeam, is, ut primū  
inter se, ac socios fcedus atq; amicitiam ihu-  
tam uidit, abiecta omni cūctatione, ad cō-  
munis belli consilia totum animū adiecit.  
Militū ergo delectus haberi, præsidia un-  
dicq; accersiri, diuersisq; generis arma, & ce-  
rēa militiæ instrumenta, cōmeatus, & de-  
niq; omnia, quæ in bello uario & magno  
usui esse solent, maturo ac diligentí studio  
conquiri. Quod uero ad militares copias  
pertinet, nō exiguus iam numerus in prō-  
ptu haberi cōperat. Siquidem paucis an-  
te diebus in Gallia Cisalpina, iussu regio,  
milites conscripti sunt, hisq; fuere uirorum  
circiter millia quatuordecim, ex quibus e-  
rant mille atq; amplius Hispani, octo mil-  
lia Italorū, & reliq; ex Germania, q; omnes  
cū bellicis tornētis, duce Beltramo Albor-  
berchi nepote, Insubriū præfecti, Liguriā  
uersus, iter tenuere. Cū enim haud parua  
foret suspicio, ne Galli cōuenissent cū Mar-  
chione de Finali, eoēz assentiēt, illius arcē  
ac

acditionē sitā in cōfinio Genuenſiū occu-  
parent, Hispanus ob plurimas causas huic  
refobuiā eundū cēsuit, & p uirili obſtare,  
ne Gallus Rex, aut Cæſar, uel quis alius ea  
potiretur. Philippici ergo admotis caſtris  
arcē inuaserūt. At mœniū defenſores initio  
ſe admodū cōſtāter ac ſtreneū gesserūt, ni-  
hiſc̄ minus, quām deditiōnē facturi uide-  
bātur. Cum aut̄ præter murales machīnas,  
quas primō ſecū adduxerāt, plures alia, lō-  
gāc̄; maximā ad eos ex Inſubrijs mittere-  
tur, hisc̄ arcē undic̄ acrius oþpugnarent,  
præſidiariuſ miles hostili agmine circūſeſ-  
ſus, ubi oēs ſuas fortunas in extremo ſitas  
intelligit, ſpē auxiliū nullā adelle, rerū ne-  
ceſſariarū penuria bellum nō posſe trahī, ſe-  
tandē conditionib̄ trāſactū eſt, ut incolumis dimittetur, bo-  
na ſi quæ haberet, ſibi ſalua & integra re-  
maneret, arcē Hispano traderet, iſc̄ ſuo ar-  
bitratu ibi præſidiū impōneret. At reguluſ  
interim eosdē reditū & ius haberet, qđ  
antea His iſc̄ conditionib̄ adinifſiſis, XVI.  
Cal. lunij miles egreditur, omniſc̄ obſidi-  
one liberatur. Porro ex hiſ qui turrim pro-  
pugnabant, plerique fuerant extorres ad  
profugi ex diſtione Mediolanēſi, qui Cæ-  
ſaris ac præfati Marchionis ſignum erexe-  
rant. Ceterum hiſ omissis, ad incorp̄tum

Hh 2 reuer-

redertamur. Socij Principes, fœdere inito, inter se conuenerant, ut singuli sese cum suis classibus Messanam conferrent, quo ibi ex publico decreti consilio de uniuersitate  
*Venerius & Columna pro* belli conficiendi ratione statueretur. *Venerius itaque rebus omnibus paratis, illuc*  
*adueniuit in* nauigationem instituerat, idemque factum Siciliam. est à Columnio atque ibi uterque Ioannis Austracii aduentum audire præstolabatur. Is annis Austrij autem VII. Cal. Augusti ex Barcinone Ge ad urbem Genuam peruenit, una cum duobus Principiis Bohemicis, qui ad Cæsarem redibat, eumque prætermilitarem manum, plurimi cùm generis nobilitate, tūm rei bellicè pertitia illustres viri comitabantur. Huic statim honoris causa obuiam processere nuntius Pontificius, & Principes Virbini, ac Florentiae, cum plerisque alijs ex celebrioribus viris, à quibus omnibus, & in primis a Duce Ligurio, ac Senatu, & ipse, & qui secundum uenerant Principes, magnificè sanè ac honorificè sunt excepti. Proximo die Princeps Austrius præcepit, ut sexdecim triremes, quæ Neapoli profectæ, illius aduentum opperiebantur, statim eō reducerentur, quo rebus omnibus mature præparatis, quamprimum in Siciliā traijeret. Cū his nauibus misit eciam Hernardum Plegum, qui Pontificem suo nomine adiret, eique

eiç suam in Italiam protectionem declararet, séç primo quoque tempore Messanam iturum, ut cū socijs iungeretur, quæque bellī usus requireret, summo studio & uigilantia procuraret. Ad Venetos autem legauit Michaëlem Moncatā, qui eis hoc idem significaret. Principes quoque Austriaci miserunt Romanum Legatum, Renfum nomine, qui Pontifici suis uerbis salutem diceret, eiç omnem benevolentia & obsequium deferret. Hī postea cū egredio nobilium virorum comitatu Mantuā uersus petiere, ibiç ab illius urbis Regulo per honorifice ac splendide suscepit fuerūt, sicuti etiam ab omnibus alijs Proceribus Italiæ per quorum ditionem iter faciebāt. Postremo superatis alpibus, in Germaniā ad Baioarię Principem peruererunt, quod etiam paulo ante iuerat Cæsar, cum Ferdinandō, & Carolo filijs. Polonię Regina, & innumeris alijs illustribus viris, q̄ eos comitabantur, ibiç sexto Cal. Septembrib⁹ celebratे sunt nuptię inter Carolum, & filiam Ducis Bauariensis, pompa omnino Regia, uarijsç spectaculis equestrib⁹, quæ tot Principum præsentiam exhilararent. Hæc autem nunc obiter dicta sint. Qui erant in nauibus, quæ iussu Austriaco Neapolim reducebantur, ut primum ē freto Li

gustico soluerunt, in itinere haud procul à  
 Traianí portu ad Centumcellas (nunc ue-  
 terē urbē appellant) cœpere duas liburni-  
 cas Byzantinas, quæ paulo antè prædatæ  
 fuerat quoddā nauigium, in quo, præter a-  
 lia, fuerat monumentū Pij V. totū ex pul-  
 cherrimo marmore contextū, quod quidē  
 eius præscripto deferebatur in Boscū op-  
 pídū, unde is ortū atq; originē trahebat, si-  
 tū iuxta Alexandriā Paleariā (olim Cæla-  
 reā) apud Insubres. In his aut̄ centū ex his  
 capti sunt, & octodecim ex nostris libera-  
 ti. Interim classium præfectorus, ubi uidit iā  
 omnia rite composita & parata, Liguro  
 Principi ac Senatui, reliquisq; primatibus  
 gratias agens, eisq; ualedicens, atque ido-  
 neam nactus nauigationem, ē portu sol-  
 uit, & Messanam uersus, unā cum duode-  
 cim triremibus concessit. Ut primum ap-  
 pulit (hoc autem fuit IX. Cal. Septembrii)  
 Ioannes Au-  
 strius in Sici-  
 liā præfectorus. atq; ubi aduertum gratulati sunt, cum ho-  
 noris gratia, in medio locarunt, & in urbē  
 usq; comitatū sunt. Sub finem eiusdē mens-  
 sis illuc etiam accessit Ioannes Andreas  
 Auria, cum duodecim triremibus, & po-  
 stera die simul quoque affuerunt, Marcus  
 Quirinus, & Antonius Canalis, cum sex-  
 ginta nauibus rostratis, quarum ipsi erant  
 Legati,

Legati, & ex Creta Siracusas uenerat, ibi c<sup>q</sup>  
 reliorum aduentum expectabant. His-  
 dem sere temporibus, affuerunt etiam un-  
 decim naves, cum militaribus tormentis,  
 alio c<sup>q</sup> apparatu, & duobus millibus pedi-  
 tum, duce Sarno Comite. Nonis Septem-  
 bris illuc etiam appulit Aluarus Bacianus  
 Marchio Santacrucius, cum triremibus  
 numero triginta, quas Neopoli adduxe-  
 rat, opportunis rebus, ut Aurianæ, ac  
 Venetæ, quam egregie instructis, & in al-  
 bescente die, aduenerunt etiam duodecim  
 aliæ Panhormitanæ. Per idem tempus,  
 Pontifex ad Ioannem Austrium dono mi-  
 sit uexillum ex coeruleo colore, quod  
 prius Romæ solenni cæremonia conse-  
 crarat, & subtus erant sociorum, & Austri-  
 anæ domus insignia. Is ergo classe iam in  
 unum coacta, omnibus c<sup>q</sup> rebus ex senten-  
 tia dispositis, de summa belli, sibi cum fœ-  
 deratis agendum statuit, ut è communis  
 consensu quid in primis fieri oportet,  
 mature decerneretur. At priusquam  
 quid ab eis constitutum sit, quidquæ po-  
 stea peractum, edisseram, de Byzanti-  
 na classe mihi sermo paulisper habendus  
 est, ut, quid illa quoque ab æstatis initio,  
 ad hoc usque tempus egerit, cognos-  
 catur. Hostes itaque Idibus Aprilis,

Pontifex mihi  
 tit uexillū ad  
 Ioannem Au-  
 striacum.

ex faucibus Hellespontiacis egressi, cum ducentis ac triginta tribus nauibus rostris, ducib. Partau, & Aly, purpuratis, quorum prior terrestribus copijs, alter maritis mis præterat, primum appulerunt ad Castrum, quod Rufum appellant, indeq; in Eubocā profecti, classem commeatu, reliquisq; rebus ad bellī usum opportunis, refecerunt. Hūc paulo antē quam soluissent, accesse runt Prōeges Iuliæ Cæsareæ, ac Teuthras niæ, cum octo triremibus, & duodecim liburnicis, indeq; omnes Mysiam, Ioniam, & Cariam uersus profecti sunt, sc̄p; illis in itinere triginta triremes piraticæ adiunxerunt. rectoq; itinere Rhodum, deinde Cretam uersus nauigatione suscepta, in Amphimaleum sinum, qui hodie nautis Suda est, classem intulerunt. Antequam uero ulterius progrediar, quoniam h̄c sc̄pius de hac Insula sit mentio, haud sanè à meo instituto alienum fore iudico, si eius sicut, & naturam paucis attigero.

*Descriptio  
Cretæ insulae.* Cretam hodie Candiam uocant. Hæc maior est Cipro, minor autem Sicilia & Sardinia, quibus solis in toto mari Mediterraneo cedit, interim nobilitate, ac fertilitate par omnibus. Olim centum urbibus claram fuisse prisci scriptores tradunt. Earum circiter quadraginta Plinius ætas nouit. Hodie ue-

*Caudia dñs  
uerbi et typi*

rō (Bellonio auctore) tres tantum alicuius nominis habet, quae sunt Candia, Venetorum colonia, unde Insulæ nomen, Canea, & Rhétimus. Ambitus Insulæ quincentorum uiginti millium passuum est. Vbi p̄montosa, ob'c̄p̄d incolæ admodum uenationibus addicti. Nullus inibi nauigabilis fluuius. Sed neq; noxiū animal gignit. Hanc Insulam nobilem & toto terarum orbe cognitam facit optimum uīnum, quod incolæ Maluasiam uocant, indeq; per omnes orbis ferè partes aduehitur. Cupressorum arborum ad naues fabricandas, h̄sc maxima copia. Hodie Venetis paret. Iouī olim cōsecrata fuit, quod cum h̄sc natū, alitumq; credidit antiquitas. Strabo inter ueteres hanc diligenter descripsit. Inter neotericos autem, Dominicus Niger, Zieglerus: & Benedict⁹ Bor-  
donius. Sed nostra x̄tate omnium optimē Bellonius in suis obseruationibus, ut qui eam diligentissimē perlustrauit. Ut uero ad quodiam dicere incooperam, sese refe- Classis Turcā  
rat oratio, Turci Sudam portum ingressi, ca inuadit statim de improviso ad millia uirorū duo. Cretam, decim ex eo in continentem exposuerunt, idq; accidit eodem ferè tempore, quo duæ naues illuc appulerat, in queis erat octin- Franciscus In-  
genti milites Cyrnei, duce Francisco Iusti, stianus.  
Hh s niano.

niano. Hic adeo cum hoste aduentare con-  
spiceret, eum repente cum suis, & aliqua  
manu insulari aggressus est, & post aliquā  
cladem illatam, eos ad classem redire com-  
pulit. Proxima luce adauit q̄ numero, ite-  
rum ē statione in terram des cenderunt, &  
ulterius progresi, nonnulla ædificia, quæ  
passim erant in itinere, incenderunt, mox  
quæ uarijs eruptionibus Apicornum, Ba-  
stiam, & Petimum oppida, populati sunt,  
indeq̄ (præter omnigenam prædam) plu-

*Turci fugan-  
tur ex Creta.* rimos insulares captiuos fecerunt. Inter-  
ea Corsi cum cohorte præfidiaria, & auxi-  
liarijs militibus, duce præfato Iustiniano,  
& quibusdam alijs centurionibus, eos ad-  
orti, strenuequæ manus conserentes, circu-  
ter duo millia ex eis trucidarunt, captos in  
libertatem afferuerunt, & reliquos ad clas-  
sem fugere compulerunt. Hinc postea

*Turcarū im-  
manitas.* soluentes, Cytheram, Zacynthum, & Ce-  
phaleniam insulas petiuerē, omniaque  
miserè uastarunt, & plurimos utriusque  
sexus in captiuitatem abstraxerē, adeo, ut  
ex his, ac præsertim ex hac postrema, sex  
millia & amplius (horrendum, nedium  
miserabile dictum) secum abduxisse fera-  
tur, indeq̄ abeuntes, loca uersus quæ  
sunt in Acroceraunijs, ad nauigariunt, at-  
que illuc tandem eodem ferè tempore ap-  
pulerunt,

pulerunt, quo terrestres copiæ, Vlcinum paulò ante obsidere incooperant. Huius autem obsidionis causa hæc potissima fuisse narratur. Præsides huius oppidi, & alterius, quod Antiuarim vocant, foedus contraxere cum trecentis Epirotis, quorum opera indigenæ à Turcis deficerent, & cum Venetis iungerentur. Ab his petebatur sibi dari sex millia uirorum instrutorum, quod sane illi se facturos pollicebantur, modo ipsi quoq; ab eis commeatu, bellicis tormentis, & militari præsidio iuarentur. Ne qua uero dubitatio in eorum animis resideret, sibi ad ducentos obsides dari postularunt, idq; haud grauatim obtinuerunt, & qui ad eos legati sunt, erat fere omnes illorum aut liberi aut fratres germani, uel aliquo affinitatis vinculo cōiuncti. Vbi hæc peracta essent, hi extemplo armis correptis, reliquos ad defectionem incitarunt, & hortati sunt, ut quamprimum se se ex illa diutina seruitute, in pristinā libertatem vindicarent. Initio missus est ad eos, ex oppido Ascruiensi, quidam centurio, cum centum peditibus, ex Itala natione: At cum ipsi promissa auxilia iamendum frustra expectarent, sibiq; à federatis tantum uerba dari animaduerterent, cumque hostili acie se undique circumfessos uide-

uiderent, illico de sua salute desperantes, piectis armis, ad Turcarum ducis clemētiam confugerunt, eumq; sibi ut parceret obsecrarunt. In hos autem qui fidem uiolabant, sic iracundia & furore accendebarunt, ut ipsos etiam milites, qui paulo ante ad eos missi fuerant, in hostium potestate daturi esset, nisi prius illi hoc ueriti, se protinus Antiuarim recepissent, atq; ita horū socordia, & perfidia, pulcherrima occasio amissa est, qua reliqui Epiroti spe dulcissimæ libertatis erecti, se illorum castris adiunxissent, & suo exēplo uniuersam Graeciam ad libertatem recuperandā excitarent. Ipsi interim se ita deceptos ualde cōquerebantur, suamq; miseriam deplorabant, quod freti ueneta fide, se, suasq; fortunas, & quæ in humanis rebus præcipua ducuntur, in manifestum discrimin obiecerint. Nam certum est, huius rei causa Turicum exercitum illuc aduenisse, ut de his ultionem caperet, & concitatæ seditionis autores omni crudelitatis genere persequeretur, simulq; prospiceret, ne horum opera, Scodram, quæ hodie Scuttaris, & reliqua illius Provinciæ oppida insigniora, ui, aut proditione amitterent; quaquidem occasione Vicinium postea, & alia loca, de quibus mox dicetur, occupauit, & uniuersitatem.

uniuersam Prouinciam horribili clade af-  
fecit. Priusquam autem de his rebus dice-  
re incipiam, non ab re fuerit, si paucis indi-  
cavero, quid' nam ueteres de hae urbe, cu-  
ius præcipue causa Turcæ in Epirum suas  
copias primo admouerunt, scriptum reli-  
querint. Hæc igitur sita est in ora Illyrica, *Scodra*, quæ  
quæ ab Epirotis occupata, nunc dicitur *hodie Scutia*,  
*Albania*, eaçp olim fuit sub ueneta ditio-  
ne. Sita est autē super monte præalto, sco-  
puloso, atçp aditu difficulti, eis'çp mira ferti-  
litate & copia rerum omnium, quæ huma-  
næ uitæ alimentum præbent. Ex continē-  
ti ad occasum adiacet lacus, qui patet cir-  
citu ad octoginta millia, sumitçp nomen  
ab oppido, & inde profilit flumen, quod  
excurrentis, alluit radices montis super quo  
sita est. Hunc amnem incolæ appellat Bo-  
lionam. Olim autem (authore Plinio)  
Drinus etiam fluuius decurrebat ex Ori- Drinus flu-  
entali parte urbis. Cæterum alueo nunc *uius*,  
immutato, iuxta oppidum Lissum defluuit  
debet millijs procul ab ostio Bolionæ or-  
tum uersus, & duplice ostio mare ingredi-  
tur, atque huius fluuij iuxta oppidū, ad-  
huc apparet alueus siccus, & cuiusdā par-  
tis uestigia cernuntur. Hæc duo flumina  
sunt immensa profunditate, & latitudine,  
adeo ut secum naues haud parui ponderis  
de-

ferant. Planitie i atq; agrorū tanta es ubet  
tas, ut sementis casu proiecta, & indiligēt  
cultura, miros fructus pducat. Hic fertur,  
pecudes a pascuis arceri, quoniam ex nimia  
pinguitudine obirent. Iuxta territorium  
sunt montes alti, atq; ascensu difficiles. Par-  
tes autem humiliores habet colliculos ui-  
neis, atq; oliuis diligentēr excultos. Loca  
mari proxima, occupantur a sylvis, & sal-  
tibus, qui suppetunt magnam copiam li-  
gnorum ad naues, ac triremes parandas.  
Ut primum itaq; rumor sparsus est in Epi-  
ro esse nonnullos, qui populum ad defe-  
ctionem sollicitarēt, Akmata unus ex pur-  
puratis, & Bellerbechus Græciae, ueritatem  
ea Provincia a suo Rege deficeret, statim  
coacta manu (hanc autē peditatu, ac equi-  
tatu, fuisse dicunt circiter octoginta milia  
uirorum) Scodram profecti sunt, ac inde  
nonnullas turmas, & cohortes miserūt ad  
oppugnationem Suppoti, oppidi mariti-  
mi, quod situm est in ora Epiri, et atq; in eo  
centū præsidarij milites ex ea Provincia  
& totidem externi, hicq; hostē a primo im-  
petu repulerūt, secp; initio fortiter gesserūt.  
Quia uero & pauci erant, & magna inopia  
premebantur, secp; omni ope destitutos ui-  
debant, quadam nocte per rupes illorum  
montium aufugere. Proximo die, cūm  
Turci

Turci oppidum omni præsidio denudatū  
conspicerent, in illud ingressi sunt, atq; ibi  
dū taxat quīndecim ihuenēre, q; neq; ad fu-  
gam, neq; ad prælium erant idonei, eosq;  
in tactos reliquerunt. Sed quicq; in pro-  
ximis pagis ac uicis reperti sunt, omnes ad  
unum interempti, horumq; e numerus  
quadrincentorum fuisse dicitur. Dū hæc  
fierent, nauis rostrata, quæ uulgū Throna  
dicebatur, Corcyra soluerat, e. q; multa  
hominum frequentia, multisq; e rebus o-  
nusta, Vlciniū appulerat, & missa est à na-  
uarcho, ut incolas admoneret, classem By-  
zantinam in eas oras proficiisci. Hanc bi-  
remes Caracosij prospexere in sinu Rizo-  
nico, eamq; e magno impetu Epidaurum  
uscip; insectutæ sunt: at oppidanī, ut primū  
eam remis uelisq; ad se properātem uide-  
runt, potius subefidi facultate præbita, co-  
mitem ac benignē exceperūt. Cum aut Ca-  
racosij suas biremes admoueret ad molē,  
ut eam tormentis inuaderet, statim octo  
machinis muralibus ab oppidanis reie-  
ctus est. At ille ad eos uersus, mirū in mo-  
dum fremitē, minari, ac ostendere autho-  
ritatem, regiumq; diploma, quo se à suo  
Imperatore in mari Adriatico præfectum  
gloriosē iactabat. Cū uero nihil suis  
minis ageret, at se potius contemni anima-  
aduerte-

aduerteret, confessim ad trecentos uirōs ē.  
Nouo castro accersendos curauit, ut eos  
nocte de improviso ad præfatam molem  
exponeret, quō eā tormentis displosis, op-  
pugnarent. Hoc autem ubi ab optimati-  
bus cognitum est, protinus ad eum misce-  
runt, qui iuberet, ut illinc recederet, alioq;  
se illū, suāq; omnia nauigia submersuros.  
Hoc nuntio accepto, se inde tandem pro-  
trixuit, moxq; arcem quandam haud pro-  
cul Epidauro adortus est, eamq; direptam,  
subruit cum templo magnifico, & ceno-  
bio, quod Benedicti memorię sacrabatur.  
Interea militares copiæ, quæ Scodram ue-  
nerant, Vlcinum, quod nunc mutato no-  
mine Dulcignum uocant, profectæ sunt.  
Hoc oppidum Plinius appellat Olchini-  
um, aitque, Colchium antea uocatum, à  
Colchis conditum. Huius incolas ferunt  
adhuc retinere, nescio quid agreste atq; in-  
cultum, quod à suis maioribus, tanquā per  
manus acceperint, parūq; amātes in exte-  
ros dicūtur. Ut primū itaq; Turci hūc ad-  
uenerūt, statim propugnacu*re*recto, qua-  
tuor æneis tormētis, quæ secū (nec sine ma-  
gna difficultate ob præaltas crepidines, ac  
turtuosos colles) detulerant, oppidum ar-  
cta obsidione aggressi sunt. Accidit autē,  
ut per idem fere tempus Ottomana clavis  
eodem

eodem appelleret. Cum se itaq; moenium propugnatores, mari terraq; circumuentos, atq; hostem acriter instare conspiceret, miserunt ad Partam, terrestrium copiarum ducem, qui cum eo paciscerentur. Conditiones erant, ut se, ac oppidanos, seruaret, armataq; & fortunas concederet, ac signis exactis egredi liceret. Præterea, ut quatuor nauigia mutuo daret, quibus Epidaurum usq; deueherentur. His conditionibus oblatis atq; acceptis, octauo die ab oppugnatione, oppidum tradiderunt. Huic militiae præerat Sara Martinengus; cuius culpa nonnulli accidisse dicunt, ut oppidum amissum sit. At pleriq; illum omni crimine ac uitio eximunt, nihilq; ab eo prætermis- sum uolunt, quod ad boni ducis, ac militis officium spectaret. Hinc factum esse, ut dum omnibus adesse studeret, militemq; cohoretur, & ipse met multum pugnaret, quanto die, ab obsidione vulneratus sit a quadam Sara Martinengus uulneratur.

Vlcinum à  
Turcis dedi-  
tione occupa-  
tum.

## llo DE BELLO CYPRI

commeatus, ac puluis tormetarius deficiebat, cum hoste transgisse ijs cōditionibus, quibus antea. Sed militum præfecti asserunt, obsidionis initio, & priusquam Selymiana classis aduenisset, Martinengum, ob commeatus, aliarumq; rerum pénuriā, eis ac militibus consuluisse, ut uel oppido au fugerent, cum quibusdā nauigēs, quae erāt circa eam stationem, uel sese transferrent, ac eos neutrum horum approbasse: at statuile se oppidū defendere, donec tandem rerū necessariarū inopia cōpulsi, & nauali classe superueniente, de cōponendis rebus cōstituerēt. Cæterū nō nulli oppidanī, q; captiui extiterunt, post libertati ēadeptā, publicè affit mār, oppidū amissum, ex sola eorum ignavia & socordia, ipsumq; Martinengū, & reliquos duces, ac milites falso de commeatu, alijsq; rebus ad diutinā oppugnationē sustinendam utilibus, cōquestos, quia uenerē triremes ad supremum usq; diē illūc omnia militaria præsidia supportarāt, adeoq; his abundasse, ut (quoad istud spectat) p; multos dies aduersariorū impetum adhuc ferre potuissent, nec uerisimile uideri, Saram, qui ad illius tuitionē à Senatu mittebatur, illūc absq; necessario præsidio ingressurū fuisse, præfertim cū hostile potentia tam sibi proximā & imminentē, cognitā haberet, quod

sanè plerisq; multò credibilius uideatur, q-  
 niā tres naues rostratæ ē Rizonico sinu, ad  
 eos missæ fuerant, q̄ bellica instrumēta cu-  
 iusuis generis adueherēt, hæc p, priusq; by-  
 zantina classis appulisset, die tantūmodo  
 præcesserunt, ex quo inde discessionē fece-  
 rānt. Turcarū dux oppido potitus, nōnul-  
 los generosos ex præcipuis, & quasdam mili-  
 tum cohortes ad classem transmisit, moxq;  
 de his, qui obsides missi fuerant, sedulō in-  
 quirī iūsūt eo animo, ut statim omnes tru-  
 cidarentur. Ipsi autem supplicium ueriti, se-  
 paulo antē in quasdam eades arcanō recepe-  
 rānt, ibi q; tandem inuenti, arma contra se  
 insequentes corripuerunt, hostemq; mira  
 uitute à se repellebant. Cū itaq; illos cā-  
 pere nequirent, domos incenderunt, atq;  
 ita pars eorum igne absumpsi, pars nō sine  
 magna Turcarū strage intersecti, ac deinde  
 rebus omnibus pacatis, ibi q; præsidio cir-  
 citer quingentorū militū imposito, ab op-  
 pido recesserunt. Dū Butuani ea, quæ Vlci-  
 niij gerebantur, audirent, sc̄q; oppidū neq; aufugunt, mi-  
 tura, nec opere munitum, & in quo etiā serè ab hostie  
 nulla essent militū p̄fidia, nullo modo tueri trucidantur.  
 posse, cōsiderent, una cū suis familijs, ac su-  
 pellectile ad Ascruiēses p̄fugerunt. Ab his  
 aut̄ ppauici eotū (qa & ipsi obſidionē uere-  
 bātur) excepti sunt, & reliq; oēs exclusi, dūc̄p

li 2 hac,

hāc, & illāc aufugerent, à quibusdam prætorianis militibus in ipso itinere circumuenti, uaria cæde affecti sunt. His rebus,  
*Antiuarum d* quæ Vlciñj agebantur, Antiuarum perla-  
*Turcis occu-* tis, tantus continuo metus ac terror inua-  
*patum.* sit, ut Alexander Donatus oppidi præfe-  
 ctus, ac præsidij milites, confessim duos le-  
 gatos ad Turcarum imperatorem miserint,  
 qui oppidum illi eadem compositione de-  
 derent. Hanc ipse haud sanè inuitus acce-  
 pit, moxq; illūc, ad quingentos milites, qui  
 in præsidio futuri essent, introduci iussit,  
 pluresq; familiæ secundæ classis, à nostra  
 fide, ad Mahometi sacra descenderunt, & in  
 primis præfati oratores, ut hac sacrilega &  
 nefaria occasione, ueteres simultates & co-  
 trouerrias, quas cum ciuib; habebant, ul-  
 ciscerentur, & quingenti milites, qui erant  
 in oppido, ad classem perducti sunt, hisq;  
 rebus confessis, Partaus cum classis nauar-  
 cho ad Rizonicum fretum nauigationem  
 instituit, cumq; iuxta Butuam peruenisset,  
 austro saeuiente, sic maris tēpstate, ac un-  
 darum fluctibus, quasi per semihoræ spa-  
 tum iactati sunt, ut præter illas naues, quas  
 amiserunt, ex quo Aegeū pelagus præter-  
 nauigarant, illis tres quoq; triremes nau-  
 fragio perierant, isq; turbo ac tēpestas, nū  
 paulo post remisisset, maior utiq; classis  
 pars

pars freti rabie absorpta esset. Sexto Idus <sup>71</sup> Augusti ad Nouum castrum appulere, ac interea hi, quos secum adduxerant, humane ac liberaliter excipiebantur, quo' Ascurui ciues huiusmodi exemplo affecti, de cibis sua salute confirmati, eō libentiūs deditio-  
nem facerent.

Hoc oppidum, quod nūc patrio sermo-  
ne Catharum appellant, situm est in Dal-  
matia, & Rizonico sinu, est cibis ualde popu-  
losum, & habet agrum per amplum, atque  
accolis frequentem. Hęc loca Rizones an-  
tiquitus incolebant, qui sane ob plurima  
bella, quibus ab hoste uexabantur, suis pe-  
natibus relictis, in has sedes, tāquam in tu-  
tissimum asylum confugerant. Hūc igitur  
appulsi, statim ad eos, qui oppido ac mili-  
tibus praeerant, nuncium misere, ac eos ad-  
hortabantur, ut sese transferrent, id cibis si fa-  
cerēt, & se omnia humanitatis officia expe-  
ctarent, alioqui uana spe, atque inanis fiducia  
freti, uim hostilem, atque arma brevi expe-  
rirentur. Hi audita legatione, intrepidi re-  
sponderunt, libi sat uirium esse, quibus &  
seipso, & oppidum, non modo cōtra prae-  
sentem iniuriam, sed etiam aduersus omnē  
Othomānicam potentiam tuerentur, ideo cibis  
protinus inde recederent, nisi tormentorū  
glandibus impeti uellent. Hoc responso

Li 3 habi-

habito, purpurati è uestigio mandarunt, omnes Italos, qui captiui detinebantur, per triremes distribui, & compedibus deuictos ad remigium compelli, moxque Saram Martinengum, ac tredecim centuriones singulis eorum comite ex illorum arbitratu assignato, Epidaurum liberos dimisere, ac secum quatuor Venetos patritij ordinis, quorum nonnulli fuerant praetores, alij questores, illorum oppidorum, cum suis uxoribus, ac familijs, eisque duas triremes concessere, quarum nautae, ac praefecti eos fideliter comitarentur, & incolumes ad eum senatum perducerent. At Martinengus, & præfati centuriones conquerebantur, ac dicebant, fidem à Partau uolatam, eumque promissile, quod non modo iphi, uerum metiam omnes milites cum suis fortunis, atque armis, signisque eratis. Epidaurum libere dimitterentur. Sed Turcae id omnino inficiebantur, & aiebant, si Partaus hoc animo extitisset, nūquam eum, qui militia præerat, & reliquos militum præfectos, minusque praetores, aliosque ministros, & nobiles uenetos cum coniugibus, ac pueris integra & salua pudicitia liberos dimisisset, ut postea in plebem, ac inferiore conditionis homines iram exeret, ideoque inferebant, eos metu adactos fese illius humanitati & clemetiæ dedidisse, multaque

Taquē alia in hanc sententiam ab eis dice-  
 batur. Ceterū, ut ad obsidionē Ascriuen  
 sem reuertar. Byzātini eos terra maris ag-  
 gressi sunt, duoq; munimina erexerunt, ex Catharum  
 quib. cū nouē majoribus tormentis arcē, atq; obsessum à  
 oppidū diuerberabant. At milites p̄sidij, & Turcis.  
 pleriq; ex oppidanis, eruptione facta, quos  
 dā corū uulnerarū, & nōnullos occiderūt,  
 reliq; genies machinis ablatis, se cōfestim ad  
 clasē receperūt. Dū res ita gererētur, Occhi  
 al, & Caracosius, dece dierū spatiū sibi à clas-  
 sis p̄fecto dari postularūt, eaq; re impetrata,  
 cum sexaginta triremib; uenetas insulas  
 prædabundi circumibant, omniaq; rapi-  
 nis ac incēdijs uastabant. His peractis, Cor-  
 cyram Melænam Adriaci maris insulā (uul Coreyra Me-  
 go Curzolam uocant) que octoginta mil- laena obside-  
 libus orientem uersus abest Epidauro, dira tur ab Ochia,  
 obsidione oppugnarūt. Antonius Contzli, & Caracos  
 renus illius loci præfектus, multo antē no-  
 rat de Selyma classe, ex nūtijis ac liseris, que  
 ibi Epidauro missæ fuerant, illam scilicet  
 appulisse Aulonem, sinumq; Adriaticum  
 ingressam, id oq; statim re cognita, publi-  
 co edicto sanxit, ne quis, graui poena con-  
 stituta seculs agēti, ex oppido egrederetur,  
 eosq; haud segniter hortabatur, ne ani-  
 mo deficerent: at seipso ad propugna-  
 tionem, omnemque bellī euentū alacriter

pararent. Cæterum ubi hostem haud procul abesse, pro certo audiuit, metu ac ignavia perculsus, catastropium, quod quidem dedita opera, in procinctu haberet iussit, tacitus cōscendit, & primus omnium turpissime aufugit. Oppidanis, ut primū de ilius fuga cognoverunt, duce destituti, iamqe hostē imminere conspicati, fœdo, ac ignominioso præsidis exemplo, fuga sibi salutem quæsivierūt, ac Epidaurum uersus profecti sunt, adeo, ut sibi dūtaxat quinque ac uiginti ex oppidanis, & octoginta mulieres superessent. Hæ igitur quadam virili audacia, & incredibili animorum fortitudine, uirorum habitum atqe arma indutæ, horū loco mœnia concondere, ibiqe mortem potius oppetere, quam patriam deserere constituerant. Dum itaqe hostis classe admota, oppidū sœua oppugnatione coepisset inuadere, ac dirissima quæc<sup>q</sup> minaretur, contrâ uero, hæ mulieres armis, lapiðibus, tedisqe ac facibus, eum à se fortiter ac strenue repellerent, cœlesti bonitate ac prouidētia euenit, ut Boreas magno impetu perflare inciperet, isqe subinde uehemētior factus, mare turbinibus inflaret. Occhial ex ea tēpestate sibi, suisqe nauigijis haud parūm metuens, ab oppidi oppugnacione recessit, & iuxta continentem adnas vigans,

uigans, initinere diripuit Lyfnam, Braciā, *Multa loca*  
 & Lissam, insulas Dalmatiæ, in ora maris *Dalmatiæ à*  
*Adriaci, ac ipse, & Caracosis circiter mille Turcis dire-*  
*ac sexcentos in seruitutē abduxerunt, mul-* pta.

*tosq; pagos ac ædificia incenderunt. Dum*  
*ita piratæ grassantur, dicrotum, quod Mes-*  
*sana primo, indeq; Hydrunto soluerat, &*  
*recta Corcyra uersus, iter suscepserat, a by-*  
*zantina biremi, quæ a paucioribus defen-*  
*debatur (in hac enim tantummodi duo-*  
*decim, & in altera quatuor & uiginti adue-*  
*hebantur) ui captum est, ac literæ inuētæ,*  
*quæ nostros de perculo fœdere, deq; tota*  
*belli ratione admonebant. Qui eas defere-*  
*bat, illico ad Turcarum ducem perductus*  
*est, actorturæ suppicio affectus, ut quid'nā*  
*nostri molirentur, quām plenissimè intel-*  
*ligeret. Ut primū, quæ a fœderatis gerebā-* Fœdus Chri-  
*tianorum*  
*tur, quæc; illorum essent cōfilia, pernouit,* fiani  
*uestigio nuntium, cum literis ad Selymū* Turcis cogni-  
*legauit, quibus illū de rebus omnibus cer-* tum.  
*tiorē faciebat. His transactis, duodeci-*

*gesima die Augusti ē sinu Rizonicō disce- Catharum*  
*lit, & Butuam uersus cum clāsse profectus obſidione fo-*  
*est, eamquē uacuam, omniq; præſidiō de- lutum.*  
*nudatam inueniēs, solo æquari iussit, adeo, Butua solo*  
*ut uix ullum deinceps humani domiciliū aequata.*  
*uestigium appareret, ibiq; ad triduū per-*  
*mansit. Iam decimus præfixi termini dies*

## 158 DE BELLO CYPRI

instabat, quum Occhial in Epidaurum ad-  
 nauigans, iuxta illud oppidum profectio-  
 nem suscepit, & nullibi pedem figens, absq;  
 uila cunctatione ad classem festinavit, ideo-  
 que nullus ab eo ex captiuis redimi ac libe-  
 rari potuit. Proxima luce illâc etiam Cara-  
 cosius iter faciens, Epidaurum ingressus  
 est, & senatui, ac etiam quibusdam priua-  
 tis ciuib, ad trecentos eorum, qui capti-  
 ui abstrahebantur, uenum dedit. Cæterû,  
 nobilitas, ciuesque uniuersi, tam propenso  
 animo in hoc extiterant, ut etiam quadrin-  
 gentos, quos secum adducebat, pari bene-  
 ficentia, & pietate redimere, parati essent,  
 nisi eos Caracosius denegasset, ne classium  
 ductoris animum (quod maximè uereba-  
 tur) offendreret. Sed tamen præter hos, etiā  
 nonnullos alios in libertatem pecunijs uin-  
 dicarunt. Is autem, ubi hæc peregisset, pro-  
 sperè ad classem contendit. Hæc uero, sexto  
 Cal. Sept. adhuc hærebat Aulonæ, ibique  
 aucta, & instructa est tribus millibus præ-  
 torianorum, ac totidem ex ijs, qui eorum  
 lingua spachi dicuntur, ex his copijs de-  
 lectos, quas Epiri prefectus antea college-  
 rat, eiusq; regimini Vlcinium, atq; Antiua-  
 rim adiunxit, moxque alter ad suam prele-  
 turam perrexit, alter ad Corcyram profe-  
 ctionē intendit. Huc autem appulsus, con-  
 tinud

157.  
 Coreyra in-  
 Julia obseffa.

tinuè ad octingētos equites, cum mille pe-  
ditibus in terrā exposuit, qui uarijs discur-  
sionibus eam oram dīra quadam, & barba-  
ra immanitate diuexabāt, multumq[ue] do-  
mī pecoris, atq[ue] armenti. quod passim per  
agrum uagabatur, occidere, mōxq[ue] subur-  
bana recta magno impetu adorti, plurimas  
dōmos ac ædificia incenderunt. At mœ-  
niū propugnatores militaribus machi-  
nīs eos ferentes, haud sanè mediocribus  
damnis atq[ue] incōmodis affecerunt, simulq[ue]  
circiter quingenti pedites cum mille equi-  
tibus ex oppido egressi, ac eruptione facta,  
nonnullos eorū trucidarunt, & circiter ui-  
ginti captiuos fecerunt, ex quorum nu-  
mero fuit quidam Rays, qui erat unus ex  
præcipuis apud eos (Baphus nomine) ge-  
nere Coryceus, qui iamdudum ad Maho-  
meti sacra defecerauit, eratq[ue] socius arcj amī-  
cus Caracofij. Ex nostris autem ceciderunt  
quindecim, & ad uiginti sunt confecti uul-  
neribus. Post conflictum habitum, & uaria *Coryra ob-*  
*loca misere deformata, ubi classium præfe-* fidione libe-  
*rus nihil aliud à se agi posse animaduerte-* ratur.  
ret, illinc protinus abire statuit, & in sinum  
Corinthiacū nauigationē direxit, secumq[ue]  
duas uenetorum naues, quas multa præda  
onustas cœperat, adduxit. Vbi autē huc  
præ-

clas- præteruectus esset, classem commeatu, mi-  
 m- lite, reliquisq; rebus opportunis atq; uti-  
 libus, magno studio ac celeritate instaurā-  
 dam curauit. Interea qui Byzantium præ-  
 missus fuerat, celerè aduolat cum manda-  
 tis, ut rei naualis ductor si anni tempus pa-  
 teretur, ad Ascruiam oppugnationem re-  
 diret, ac in eo sinu, uel proximo hyberna-  
 ret. Quod si interim aduersæ classis inua-  
 dendæ sibi commoda facultas alicubi da-  
 retur, nulla mora interposita, illi actutū ac-  
 curreret, atq; uniuersi prælij casum subiret.  
 Is autem, ubi quæ' nam foret sui imperato-  
 ris uoluntas, intellexit, rursus ad eum scri-  
 psit, eumq; in quo statu sint res omnes, edo-  
 cuit, simulq; aliud responsum auidè præsto  
 labatur. At Venetus interea, et si eo tempore  
 totus in hoc incumbebat, ut classes quām  
 primū iungerentur, quæq; huic rei oppor-  
 tuna forent, omni solertia & studio procu-  
 rabat, res quoq; urbanas haud minori cura,  
 & sedulitate satagebat, cū eum neutiquām  
 lateret, frustra esse foris arma, nisi etiam do-  
 mi cōsiliū esset. Quoniam igitur sciebat,  
 recq; ipsa perspē olim expertus erat, uictori-  
 am diuinitū pendere, iniunxit, ut fana  
 assiduis precationibus frequentarentur, &  
 quisq; diuinam opem sedulo imploraret,  
 quod sanè, cū ab omni eorum ditione, tū  
 etiam

Veneti non  
 solū solliciti  
 de externis  
 rebus, at etiā  
 de urbanis.

etiam per uniuersam Italiā, & Iberiam  
 summis omnium uotis & precibus ageba-  
 tur. Paucis ante dīebus publico eiusdē Se-  
 natus edictō sancitum fuerat, & seuerē in-  
 functum, ut omnes indigenæ, tam patriti,  
 quam reliqui, infra spatiū duorum men-  
 sium, scripto indicarent magistratui, quo  
 reditus, prouentus, & uectigalia in urbe,  
 atq; in agro annuatim haberent, & cuius  
 quisq; status & conditionis foret, simulq;  
 scripto cōprehenderent, quæcunq; singuli  
 in locis alienis possiderer, ut deinde statue-  
 retur, quod magis ē Republica futurū es-  
 set. Cæterum, ne interim deesset in urbe cō-  
 meatus, missus est in Siciliam Placitus Ra-  
 gazzonus, ciuis uenetus, virq; pbo ac so-  
 lerti ingenio, qui ibi frumentum emendū,  
 & in urbe deferendum, diligenter prospice-  
 ret, idq; ab eo non minus accurate, quam  
 fideliter procuratum est. Huius frater n̄ ita  
 maior, Iacobus nomine, vir eximia pruden- *Iacobus Ra-*  
 tia, quiq; ob egregias animi dotes, multam *gazzonus*  
 sibi laudem apud diuersas nationes com- *mittitur Con-*  
 parauit, paulo ante missus erat Byzantium, *stantinopolum.*  
 eoq; sexto Cal. Maij peruenit, ut ibi cum  
 purpuratis ageret super liberatione quo-  
 rundam negotiatorum, Turcici nominis,  
 quorum bona Venetijs à bello indicto, uti  
 etiam prius Turcarum tyrannus Constan-  
 tinopoli,

*Fons vero de scriptis  
no. m. nonnullis*

tinopolis, & Peræ, quæ olim fuit Ligurum  
colonia, & per uniuersum eius imperium,  
idem fecerat in Venetos mercatores, ex Se-  
natus mandato obsignata, restituerentur,  
ipſiç, priori libertate donati, Byzantium  
incolumes redirent, idemque de uenetis  
mercatoribus ageretur. Primo huius ad-  
uentus haud parua fūspitione caruit, ne  
ob alias causas illuc appulisset, cum ibi  
fama iam spargeretur, fœdus inter Hispani-  
um ac Venetum iniri, breuique perager-  
dum, ideoque tum temporis in graui pe-  
riculo esse videbatur. At postea cum Am-  
hat purpuratus, ex eo tandem probe in-  
telligeret, ipsum nihil aliud in mandatis  
habuisse, sed huiuscemodi profectionem  
dunraxat ob id ex Senatus condicto, ab  
eo susceptam esse, omni fūspitione libera-  
tus est, quodque præ manibus habebat,  
ſceliciter absoluit. Cum autem esset in  
reditu, haud procul Epidauro, iussu filii  
Mehemetis purpurati, custodiæ traditus  
est, at brevi post, aliqua pecunia summa  
prius ei persoluta (hæc vero dicitur ful-  
le supra duo millia nummorum aureorum)  
incolumis dimissus. Dicatum est supe-  
rius, in cōflictu ad Coreyram habitio, prie-  
ter alios, fuisse etiam captum quendam  
Byzantinum, Baphum nomine: Tunc pro

pro eius libertate liberationem Iacobi Ma. *Iacobus Ma-*  
*latestæ, Illyrici præfecti, quem ipsi in quo-* latesta captus  
*dam certamine coepersant, & captiuum in à Turcis.*  
*uinculis detinebant, itemque duos alios*  
*ex insignioribus uiris (haud tamen uene-*  
*tis) prout ipsi eligerent, & aureorum plus*  
*quam decem millia, obtulerunt.*

Peridem serè tempus, Venerias appulit *Turcicuora*.  
*quidem turcicus orator, qui mittebatur in tor captus à*  
*Galliam. Hic statim ex Senatus consulto Venetis.*  
*füssus est comprehendì, ac Veronam per-*  
*duci, ut ibi in arce asseruaretur. Ceterū Fran-*  
*ciscus Axius, q' Galliarū rege Byzantium*  
*mittebatur, ut apud eū legationis munere*  
*fūgeretur, cū forte adhuc Venetijs h̄gereret,*  
*adiuit Senatū, ualdeq' apud eū instabat, ut*  
*dimitteretur, i d'q' & æquū esse, & iure ami-*  
*citię fieri debere ostendit. Primo quoniam*  
*ad suū Regem is legabatur, nilquē haberet,*  
*quod sibi cum Veneto agendum foret, sed*  
*tantum illāc transiūisset. Deinde, quia inter*  
*ipsum Regem. & uenetam Rempub. firma*  
*utiq' amicitia intercederet. Verū ipsi, quo*  
*minus eius postulatis tū assentirentur, non*  
*nullas causas attulerunt, & graues, & ma-*  
*gnas, uti uidebatur. Quia uero res Cyprīæ*  
*illorum animos mirum in modum ange-*  
*bant, & maximoperè cupiebant eos, qui*  
*ad Thamassum obsidebantur, præsidio*  
*suble. *Cyprius in**  
**Cyprius verbo**

subleuare, quatuor naues instrui ac parari  
 iusserant, quæ prima tempestate idonea  
 illuc mitterentur. Quin adeo inter Patres  
 agebatur de nouis cohortibus describen-  
 dis, qui numerus foret ad duodecim millia  
 viorum, hiç ad omnem occasionem præ-  
 stò adessent. Ut uero hæc omnia cōmodius  
 fierent, è communī consilio statuerunt, ut  
 nobilibus, qui erant in aliquo magistratu,  
 omnia stipendia suspenderentur, & dimi-  
 dium eorum quæ sunt promiscua. Item il-  
 lis, qui erāt in publicis functionibus, quas  
 uocant Quarantias, dimidium prouentus  
 per sex Menses adimeretur, atq; id totum  
 in publicum ærarium inferri deberet. Et  
 quia ex certis nuntijs cognōrant, hostē in-  
 gressum esse sinum Corcyreum, eamq; in-  
 ūlam acriter oppugnasse, indeq; post ua-  
 rias prædas & damna, incolis illata, iterum  
 in fretum Rizonicū reuerti statuisse, haud  
 parūm uereti cceperant, ne mox ad eorum  
 littus appropinquaret. Illud itaq; nouis  
 præfidijs, nouacq; industria & arte circum-  
 munire statuebant. In Senatu quoq; age-  
 batur coram Sfortia Palauicino, de tribus  
 munitionibus extruendis, quarum prima  
 fieret Iustinopoli ad sinum Tergestensem.  
 Altera Pyrani, quod quidem oppidum  
 situm est in ora, & lingua eiusdē sinus. Po-  
 strēma

strema Utini, quæ urbs facet in foro Iulio.  
 Præterea in urbe diligenter cauebatur, ne  
 ibi foret ullus domesticus, ac internus ho-  
 stis. Nam paulo ante capti fuerat duo By-  
 zantini, qui erant rerum Turcicarum ex-  
 ploratores, & habitum Heremiticum in-  
 duerant, ne à quoquam agnosceretur. Nec  
 etiam deerant perfidi ac nefarij homines,  
 (si huiusmodi monstra homines dici me-  
 rentur) qui avaritia ducti, cōtra fas, æquū-  
 que debita militi stipendia defraudārant.  
 Inter hos fuit quidam ex urbe Rauenna,  
 Pelegrinus nomine, qui ducentorum mi-  
 litum stipedium sibi perfide usurpauerat,  
 exq; ueneta ditione tacitus profugit, uir-  
 sanus uitali aura indignus, quem uitæ ali-  
 menta his, quibus iure debebatur, adime-  
 re non pudebat.

Cæterum, ut quod maximè gestit anis Fœderati  
 mus, & festinatio, reuertar, fœderati Principes de  
 Principes, Messanæ rebus omnibus iā rite bello statuūt.  
 dispositis & paratis, de summa belli, consi-  
 lia inter se inibant, & colloquium indixē-  
 re, ac se ad expeditionem totis uiribus ac-  
 cingebant. In hoc autem solummodo ad- Qui Princi-  
 missi sunt, Ioannes Austrius, eiusq; Lega- pes ad collo-  
 tus, Aloisius Rechezenuis, Sebastianus quiū admissi  
 Venerius, Augustinus Barbadicus, atque  
 unus ab eorum epistolis, Marcus Antoni-  
 us

us Columna, & Pompēius eiusdem familiæ. Conuentus tridūn frequentis habitus est, & classium ductores uarijs sententijſ ferebantur, atque in primis decernendum putabant, quid agendum foret, si hostis, priusquam ipſi mature adueniſſent, Byzantium uersus rediſſet. Quidam enim censebant, Nouum caſtrum obſidendum, alij Tunetum expugnandum, eiustq; rei gratia, paulo ante illuc appulerat eius loci regulus, & uehementer instabat, ut noſtrorum Principiū ope, atq; armis, in amissum Regnum restitueretur. Si autem paratus eſſet ad præliādum, noſtrām q; classem expectaret, ut eam repente adoriretur, num Fortuna belli tentanda eſſet. Dum de his rebus quæſtio uersaretur, socijs Principibus operæ premium fore uisum eſt, ut ea de re illorum quoq; ſententias audirent, qui iudicio, rei q; militaris ſcientia prätabant. Etsi uero quidam, ex præcipuis, in eorum colloquium admitti, graui ac diſerta oratione, quid ſentirent, in medium protulerunt, ex nonnullis tamen, am ſolummodo excerpti, quæ habita ſuit ab Ascanio Cornio, cuius in priori libro mentionem fecimus. Is enim ſententiam rogatus, huiuscmodi uerba locutus eſt.

*Ascanij Cor. Duo, uel tria ſunt, Principes Iuſtificiſimi,*

mi, quæ (mea quidē sententia) Imperato- <sup>nij sententia de</sup>  
rem exercitus morari debeant, quo minus <sup>bello in Tur-</sup>  
uniuersi certaminis aleam subheat. Primū <sup>cam.</sup>  
est, quum dānum in cōmodi accepti mā-  
ius est, maiorisq; ponderis, quām benefici-  
um ex uictoria proueniens. Id autē exem-  
plorum additione facilius patebit. Quum  
Franciscus Guisiacus Dux, Gallicæ militiæ  
præfector, in Italiam profectus est eo cōfi-  
lio, ut Neapolis Rēgnū inuaderet, Ferdi-  
nandus Toletanus, Albæ regulus, parum  
caute, ac militariter egisset, si cum eius co-  
pijs manūm conserens, fortunam belli re-  
tasset, in qua quidem Galli nihil aliud a-  
missuri erant, præter illum exercitum, quē  
secum adduxerant, nequaquam uero ex-  
ercitus, ac Regni detrimentum accepturi.  
Alterum est, quum facile colligiatur, ex-  
ercitum, aut inimicam classem, pecunia-  
rum defectu, uel coimeatus penuria, uel  
anīmorum dissensione, siue aliqua re utili  
ac opportuna minime diu posse consiste-  
re: at necessariō absque ullo prælio dis-  
sipandam. Huius rei exemplum ex per-  
sona Caroli V. facile sumi potest. Hic enim  
cum bello Smalcaldico uideret, amicitiam  
ac foedus inter Principes, quos Protestan-  
tes uocant, initū, breui dirimēdum, earūq;  
copias, licet maximas, & formidabiles,

modico spatio, & citra cladem absumēdas, nunquam adduci potuit, ut eos pugna la-cesseret. Tertium est, quum sese viribus impares animaduertit, adeo ut nulla sit causa, cur secunda prelia se facturū cōfidat, sibiq; Martē sautorem polliceatur. Quatenus ad duo illa priora spectat, nihil horum uobis (meo quidem arbitratu) impendet. Etsi enim (ut scitē atq; appositi ratiocina-  
ti sunt, qui prius de hīsdē rebus disseruēre) classis iactura Christianæ Reipub. ingens nō documentum, atq; dispendium afferret, il-  
lud tamen persuasum esse debet, nostros a-  
cie instructa, dimicaturos, ut oportet, &  
credibile uidetur, aduersam classem, quā-  
uis bello superiorem, sic tamen imbecillē  
ac debilem remansuram, ut neutiquam ab  
hoste tam celeriter instaurari posset, atque  
interim nostros viribus, ac potentia, nō ita  
destituendos iri, ut nō saltem ad uim pro-  
pulsandā, seipso paraturi essent. Ceterū,  
si nostri læto ac prospero euentu confige-  
rent, forsū & Græciæ defectio, & pleraq;  
alia maiora sperari possent, nūcet haud eq;  
dem crediderim, Byzātinos uel modō, vel  
in posterum, aliqua insigni strage à Chri-  
stianis Principib; afficiendos, nisi prius  
naualem classem debellarent. Hanc uero  
aut lassitudine, aut pecuniae defectu ex-  
pugnan-

pugnandam, curs speremus, nō uideo, quin  
potius uerendum est, ne nostra in huius-  
modi periculum incurrat. Quocirca, si  
uos (inlyti atq; optimi duces) uestram  
classem ita munitam ac exornatam habe-  
tis, ut si armis decertetur, nulla rei bene-  
gerendae diffidentia moueamini, haec oc-  
casione nullo modo prætermittendam  
censeo, sed in hostem fortibus atque au-  
dentibus animis eundum, & collatis si-  
gnis, Fortunam pericitandam suadeo. I-  
gitur in primis accurate uidendum est, nū  
uires tanto oneri supperant. Id uero cùm  
ex militaribus copijs, tūm nauigiorū nu-  
mero, ac genere, minimo negotio digno-  
scetur. Quod ad militem attinet, quan-  
quam ipse non dissentio ab his, qui ante  
me sententias dixerunt, & fateor, Hispani  
nos maiori ex parte tyrones esse, ac rei bel-  
licæ parum scientes, idemque de Italib[us] fu-  
dicandum, & Germanos in re nauali haud  
sane multum prodesse, paucosque ex his,  
qui nuper in hanc militiam profecti sunt,  
minoribus tormentis assuetos, tamen exi-  
stimo, aduersariam classem præsidio mili-  
tarī neutiquam instructiorem esse, cum in  
ea plurimi hoc anno, & superiori, ob ua-  
ria morborum genera interierint, ac etiam  
ob magnas copias, quas nunc habent in

Cypro. Quod autem ad nauigiorum numerum, eorumque conditionem spectat, rumores, qui ea de re sparguntur, ita prolsus variant, ut equidem ultra classis communitor sit, uel quae illarum inferior, haud sane affirmare possim. Præterea, cum ipse in re maritima sim paru ex exercitatus, haud plane intelligo, quantum nostræ maiores triremes, ac naues, liburnicis, & biremibus Turcarum præstent. Harum enim numerus longe maior à plerisque circumfertur. In hoc itaque illos audiendos censeo, qui mē huiusc rei peritia & cognitione antecellunt. Ut uero quid agendum suadeam, paucis in medium proferam, id tandem est, ut scilicet uos ipsos aliqua ex parte fortunæ arbitrio committentes (nunquam enim res bellicæ tam callide, ac prouidenter geri, atque administrari possunt, quin aliam partem hæc sibi uendicet) hinc statim soluatis, omnique ope ac studio procureris, ut quamprimum hac classe Brundisium, uel Corcyram transferamini. Illic enim hostibus propiores facti, multo commodius, in quo nam statu sint, & quidam uobis faciendum, perspicietis. Nisi autem obstat commeatus ratio, uel alterius rei, cuius hic memoriam præterierim, potius Corcyram petendum censerem, quoniam hic

hic locus magis in transitu est, ac in eo itinere, per quod Selyma classis Byzantium redditura, suæ profectionis cursum instituet.

Illud autem in primis consulo, atque moneo, ut hinc abeuntes, omnino statutatis, signa conferre, si hostis in itinere occurrerit, quæque ad hoc firmum animi decretum per opportuna uidebuntur, sedulò, ac mature disponatis. Nam si nondum quid agi oporteat, decreueritis, tumque præcipue consultabitis, quū factō opus erit, proculdubio eueniet, ut de improviso conspecta hostium classe, uestri animi metu percussi, atque inopes consilij, huc impellantur, & quæ dīmicandi ratio ineunda sit, penitus ignorant. Quid modo de præsentī bello sentirem, uobis, Clarissimi duces, uirique amplissimi, fideliter ac lubens aperui. fieri faciat  
Vos interim singula, quæso, expendite, & si quis utiliora dedit, eius sententia haud me grauate subjiciam. fieri faciat

Hæc Alcanius composite ac disertè coram Principibus differuit, eiusque sententiam singuli una omnium uoce approbarunt. Igitur ex communī consilio statutum est, ut quamprimum classēm

uerlus, contenderent, & cum hoste præliis  
um committerent. Hoc ubi promulgatum  
est, maxima lætitia cunctorum animi  
gestiebant, quippe qui nihil iam ardentius  
concupierant. Quoniam uero in ma-

*Columna elec-*  
*tus arbiter*  
*dissidiorum.*

gno exercitu, exq; uarijs gentibus consta-  
to, uix unquam fieri potest, ut non inter-  
dum aliqua dissidia, & contentiones ori-  
antur, electus est Marcus Antonius Colu-  
mna, qui omnium controversiarum arbit-  
ter, atque iudex foret, & sub graui pæna  
indictum, ne quis diuinum nomen frustra  
inuocaret, neque alicuius dissensionis au-  
thor esset. Interea classium Imperatores,  
concione habita, suos cohortati sunt, ut  
singuli ad sua munia se accingerent, & mi-  
litarem disciplinam tuerentur, omnibus

*Cur hoc bellū*  
*& Christianis*  
*suscepitum.*

que persuasum foret, hoc bellum non cu-  
piditate, neq; ambitione motum: Sed tā-  
tum suscipi causa religionis, & Patriæ, atq;  
idcirco iustum, ac legitimum esse, Deumq;  
pījs eorum conatibus affuturum, Hæc, &  
plæraque alia, in hanc sententiam ab eis  
proponebantur. Ipsi uero tum alarum  
centuriones, tum milites, iuramento mo-  
re militæ adhibito, promiserunt, se ni-  
hil facturos præter officium, ac præsen-  
tem uocationem, cuius rei studio, re-  
licitis penatibus, ijsque rebus, quæ à  
mortæ

mortalibus h̄c potiora ducuntur, ad hoc  
bellum tam alaci animo uenerant, sc̄quē  
promptos ac paratos fore ad omnia peri-  
cula subeunda, nihilq; sibi succundius, atq;  
opratius euenire posse, quam opportunam  
rei benē gerendā occasionem præberi. H̄c  
ubi peracta sunt, illicō supplicia per urbem  
decreta, & in singulis delubris ad puluina-  
ria preces effusæ, ac cœleste auxiliū implor-  
atum, ipsi p̄ principes prius, iuxta morem  
Vaticanae sedis, suas noxias sacerdotibus  
confessi, ac erratis expiatim, mysticam, & sa-  
cro sanctam cœnam sumplere, idemq; a to-  
to exercitu eodē tempore factum est. Pau-  
lō antē præmissæ fuerant duæ triremes spe-  
culatoriæ, quæ fuerant Benedicta, & Hispa-  
na, unde & nauigiorum numerum, & ubi-  
nā hostis ageret, quidue moliretur, cognoscen-  
terant. Itaq; rebus omnibus ritè peractis, Clasiss Chri-  
stianorū dispositis, XVI. Cal. Octobris, qui fliana disces-  
suit & dominicus, primaq; aurora, soluerūt dit ex Sicilia.  
ē portu Mamertino, cum octo ac ducentis  
triremibus, sex nauibus maioribus, uiginti  
quinq; onerarijs, & quadraginta cum Li-  
burnicis, tum bīremibus, omnesq; animis  
(ut dictum est) paratissimis, ut hostilem  
classem adorirentur. Copiæ in uniuersum Christianorū  
erant uirorum instructorum supra uiginti copiæ.  
quinq; millia, qui erant stipendiarij, exq;

Kt s Ita-

Itala, Hispana, & Germanica natione constabat. His addebantur auxiliariorum duo millia, & plurimi nobiles ac illustres viri, qui ultro, suisque impensis, ad hanc militiam uenerant. Quo autem itinere perreixerint, quoque ordine ad nauigari, quidque subinde secutum sit, proximo libro demonstrabitur: Sed tamen priusquam de his sermo habeatur, dicendum est, quo tandem exitu bellum Cyprum terminarit.

Turcarum Imperator ualde cupiebat, Catharum oppidum expugnari, quo inde sibi liberior raditus in Adriacum pateret, ideoque classium duci mandarat, ut eam obfitionem urgeret, ac etiam in Rizonico sisnu, uel proximo, hybernaret. Etsi autem de transacto foedere, deque bellico nostrorum apparatu, multa subinde audiebat, minime tamen putabat, foederatos Principes eo anno mature, suas uires conferre potuisse, uel si tempestiuè affuisserent, nunquam tamen fore huiuscmodi, ut cum sua classe praelium inituri essent. Quin etiam sibi cœcta quadam ratione animum induxerat, hanc societatem atque amicitiam, de qua tum inter Principes agebatur, breui omnino dirimendam, nec unquam, ob nimiam regnandi cupiditatem, animorumque dissensiones, ullam inter Christianos Reges firmans, stabili-

stabilemque benevolentiam posse coalesce- Rara inter  
 re. Id uero, cum ex præteritis annalibus, Christianos  
 tum ex postremo dissidio, quod fuit in re principes con-  
 maritima, quum Carolus Quiatus, & Ve- cordia.  
 neti, percullo scedere, iunctisque viribus, Fœdus inter  
 in suum patrem Solymanum, eiusque im- Carolum V.  
 perium, atrocibus animis conspirarant, fa- & Venetos.  
 cilè coniiciebat: Sed quoniam humana-  
 rum rerum casus incerti sunt, nemoque  
 tam hebetis est ingenij, uel adeo tam prava  
 consuetudine imbutus, qui nefsciat, pro-  
 speros bellorum exitus (ut pleraque alii)  
 diuinitatis pendere, ipse, quanquam suis vi-  
 ribus, ac potentiae plurimum sanè confi-  
 debat, non tamen ignorabat, in huma-  
 nis actionibus, ac præcipue in his, quæ  
 ad Martiam fœlicitatem spectant, cœle-  
 stem opem primo exquirendam, pro-  
 pterea publico edicto per urbem suppli- Constantino-  
 cationes omnium ordinum haberi sus- poli supplica-  
 fit, & pro rebus bene gerendis diuinam tiones habua-  
 potestatem, & auxilium sedulò implorari. pro uictoria.  
 Dum hæc à Byzantinis geruntur, ecce ad  
 eos lætum, ac exoptatum de Tamassi ex- fœnum rufum  
 pugnacione, deque uniuerso Cypri Re-  
 gno in Orthomanam ditionē redacto, nun- Ingens letitia  
 tum assertur. Dicī autem non potest, Constantino-  
 quam Barbari ob ea sceliciter acta, exuli poli pro Cy-  
 tarint, quantaque cum bellicis tormentis pro expugna-  
 tis id.

tis cuiusuis generis, tum crebris ignibus,  
per uicos turrescens accensis, immoderatæ lax-  
tia & gratulationis signa passim edide-  
rint. Idem quoq[ue] factum est in Pannonijs,  
cum primum ea res innotesceret, statimq[ue]  
prætor Budanus hoc Cæsari, & regulo a  
Salmis per certos homines significandum  
curauit. Venetus autem id primo' difficul-  
ter credebat, donec tandem eius orator, qui  
est apud Selymum, omnem huiusc rei du-  
bitationem eximeret: At eorum lætitia nō  
multo post, in maximum dolorem, & luctu  
breui conuersa, non obscure docuit, uerissi-  
mum esse, quod uiri sapientissimi memo-  
riæ mandarunt, gaudium tristitiaq[ue], ac infor-  
tunij comitè esse, nihilq[ue] h[ic] perpetuo sui  
simile inueniri. Dum enim Thraces pro-  
speris rebus inflati, & uolubilis Fortunæ  
obliti, in animum sibi inducunt, se uti Mar-  
tem terrestri prælio, sic etiam in re nauali  
Fortuna in  
constantia, Neptunum sautorem habituros, breuique  
noua & insigni uictoria, non modo ueneta  
ditionem, sed uniuersam adeo Italiam sub  
iugum missuros, haud multo post, nūtium  
longè diuersissimum accipiunt. Sed quo-  
niā Cyprī regni amissio, res in mari ge-  
stas præcessit, prius de Thamassi expugna-  
tione, totaq[ue] insula subacta, postea de illu-  
stri, ac memorabili uictoria, quā nostri ob-  
tinuerunt,

tinuerunt, ordine recensabitur. Veneti, cùm eos, q̄ Famaguste obsidebantur, in grā ui pericolo uersari animaduerterent, omni cura & studio, in eam cogitationem incumbebat, ut & militū supplemento, & comedantu, illis quām primū suppetiæ ferrētur. Horum itaq̄ legati hoc sedulō administrare, atq̄ ubi præsidium collectum, & in pro- cinctu esset, continuo super naues imponi iussere, ut primo quoq̄ tempore ad eos cō- portaretur. Hæ autem XIII. Cal. Mart. 1570 ex Creta soluentes, illuc tandem secundis uentis delatae sunt, omniaquē in terram Venetorū co- exposita. Copiæ in uniuersum fuerunt pia transmis- quatuor millia peditum, electorum mili- se Famagu- tum octingenti, ex oppidanis, ac insulari- stam. bus tria millia, & ducenti ex Epiro adue- fti, atque omnes summa uigilantia, & stu- dio, urbem undique communiebant. Qui uero militiæ præerant, ut suo exemplo re- liquos excitarent, nulli operæ, & labori parcere, die, noctuquē uigilias circumire, nihil denique omittere, quod ad loci pro- pugnationem facere uideretur. Idem e- tiā à reliquis agebatur. Dū nostri his rebus animi cogitationē intendunt, hostes haud minus impigrī, ac uigiles, foris fatagere, ac niti, ut quod animo constituerant, perfice- rent, omniaquē usui opportuna, prospice- re, ac

re, ac parare, uidelicet magnam copiam sac-  
culorum, qui erant conslati ex lana, fasci-  
culorum, tormentorum omnis generis,  
& reliqua his rebus consimilia, quae ad  
eos ex Cilicia, & Syria, summa celeritate  
afferebantur. Calendis Aprilis plurime ho-

*Ques tunc rorundis* stium triremes (octoginta fuisse dicunt)  
multo milite, commeatu, stipendio, alijsq;  
rebus ad bellicam expeditionem utilibus,  
onustae, in eam insulam appulere, hisq; rece-  
dentibus, triginta remansere, quibus, uni-  
cū plerisq; alijs nauigjs, diuersi generis, eun-  
do, ac redeudo, ex finitimis oris noua sub-  
sidia subinde transebant, idq; summa festi-  
natione, ut omnia in promptu essent, prius  
quam nostra classis illuc (sicuti serebatur)  
accederet. Idibus eiusdem Mensis, Mustapha  
eorū duce sic iubente, quindecim enea tor-  
mēta Thremitu in castra perlata sunt, hisq;  
transpositis, cōsisterunt in his locis, in qui-  
bus erāt pomaria, & in ea parte, q; ad ortum  
uergit, & q; uulgo Præcipola nuncupatur.

*Pamagusta  
urbis à Musta-  
phao obseissa.*

Munimenta  
erupta à Tur-  
cis,

VII. Cal. Maij propugnacula struere coepe-  
rūt, in quibus murales machinas dispo-  
nent, & munitiones pro sclopetarijs, easq;  
inter se quām maximē densas, moxq; sen-  
sim ranta solertia, & arte, illis admoueban-  
tur, ut à nemine arceri possent, erātq; in eo-  
rum castris ferme quadraginta milia sol-  
itorum,

orum, qui uarijs instrumentis nulli alijs rei  
studebant, quam uallis, atq; aggeribus fa-  
ciendis. Nostris, hostilem conatum, & qua  
parte oppugnationem aggressuri erant,  
haud segniter obseruantes, caute illis obuiā  
ire, quæq; in eos moliebantur, pro uirili e-  
uertere satagebant.

His rebus præerant Marcus Antonius  
Bracadenus, & Astor Baleonus, quorū egre-  
gia uirtute, atq; assiduo labore siebat, ut o-  
mnia rite, ac ordine pulcherrimo gereren-  
tur. Panis pro milite totus uno in loco con-  
ficietur, isq; Laurentij Teupuli prætoris  
Paphi, opera & studio parabatur. Arcis p-  
fectus erat Andreas Bracadenus, qui ma-  
ritimam partem accurate, ac strenue tueba-  
tur, eāq; ubi oportebat, refici, & nouis ag-  
geribus communiri præcipiebat, ut naua-  
lia cōmodius defendi possent. Aeneis ma-  
chinis præerat Goitus centurio, qui paucis  
post diebus in conflictu habito, acriter pu-  
gnans cecidit, eiusq; cohors tradita fuit Ne-  
stori Martinēgo. Missilibus ignitis tres p-  
siebātur, quorū singulis uiginti milites ex-  
omnium numero delecti tradebantur, q. cū  
eis uti oporteret, hoc summa diligēcia effi-  
ciendū curarent. Maiora tormenta, quæq;  
potiora censebantur, in eam partem dire-  
cta sunt, qua oppugnationes futuras,  
quæq;

Præcipui des-  
fensores fa-  
magustæ.

**Conflictus h  
biti à nostris**

quāc<sup>h</sup> magis periculum impendere prospiciebatur, & in omnibus tormentorum fenestrīs uasa ænea disposuerunt. Interea crebris diurnis, nocturnisq<sup>e</sup> eruptionibus hostem undiq<sup>h</sup> leuioribus prēlijs adorti, nō mediocri clade afficiebant. Semel autē accidit, ut trecenti ex oppidanis clypeo, ac ense armati, totidemq<sup>e</sup> ex Italīs sclopettariis, in hostem irruerint, & conserto Marte, licet multi ex aduersa parte interirent, pluresq<sup>e</sup> in fugam uerterentur, cūm tamen illorum ualla quād dēfissima forent, ingensq<sup>e</sup> multitudo accurrisset, triginta ex nostris deside rati sunt, & circiter sexaginta uulnerati, & propterea deinceps perraro exhibant, cūm id non sine ingenti periculo fieri animad uerterent. Hi paulatim ex aggeribus petuenere ad fastigium erecti muniti, & promotis turribus, perfectisque operibus, quae facere instituerant, undeuigissima dic

**Ex nostris  
quidam cœsi,  
& plerique  
uulnerati.**

Maī certamen inchoarunt ex decem propugnaculis, in quibus erant quatuor & septuaginta murales machinæ, atq<sup>e</sup> in his quatuor ingenti, ac inusitata mole (uulgo Basilisci appellantur) & oppidum inuale re à Porta Limissi, usq<sup>e</sup> ad naualia, & initio Tureis oppugnata. Prima fuit in arcem naualem, quam adorti sunt à munitione scolij. Altera in ipsam

**Turci aggress  
diuntur no  
stris ex derem  
propugnacu  
lis.**

**Nostrorum  
munitiones à  
Tureis oppu  
gnatae.**

ipsam Loricam naualium, in quam siebat  
 impressio ab arce, ubi erat undecim gran-  
 diores machinæ. Tertia in turrim Andru-  
 tiæ, cum duobus aggeribus excelsis, ac  
 prominentibus, quierant in superiori lo-  
 co, & ab altitudine Cabaleros vocat, hisq;  
 unde cum turri oppugnabantur à munimen-  
 to, in quo totidem ingentia tormenta lo-  
 cabantur. Quarta in turrim Nappeam,  
 quæ illis quatuor in machinis, de quibus hisc  
 modo dictum est, acriter quatiebatur. Por-  
 tam Limissiam, quæ præaltum aggerem in  
 æditiæ loco habebat, forisq; munimine,  
 quod Reuelinum recætiores appellant, p-  
 tegebatur. Barbari tribus ac triginta æneis  
 tormentis oppugnabant, ibiq; aderat Mu- Turcarum  
 stapha imperator. Initio urbis mœnia non dux aderat  
 ita frequenter plumbeis glandibus quate- oppugnatio-  
 re: sed interiora, & nostrorum machinas con- ni.  
 tinuis globorum pilis, tanquam procellis  
 ac fulminibus ferire, quibus sane haud me-  
 diocri detimento afficiebatur, ideoq; , ubi  
 primùm ea res animaduerti coepit, oppida  
 ni, ac milites accurrebunt ad muros, ibique  
 deinceps ad finem usq; perstiterunt. Braca- Nostrorum  
 deni prætorium erat in aggere Andritio, tabernacula  
 Baleonis in Nappeo, Teupuli, in eo, qui ca- ubi colloca-  
 put sanctum dicebatur. Cū autē ipsi nulla bantur.  
 incōmoda, & pericula subterfugerent, reli-  
 quis

*Disciplina mihi quis etiam uires animusque addebat, & litteris apud qui suorum ducum imperio minus audientes erant, in eos more militiae animaduertimana obseruantia.*

tebatur. Bellicis tormentis praerat Ludovicus Martinengus, qui loca in sex centuriones disperterat, hicque prouidebat quicquid magistris tormentorum, atque alijs, qui ad eorum usum adhibebantur, opportunum fore intelligebant, eamque ob causam singulis portis cohors militum Graecorum assignata est. Turri, & praetalo aggeri nauae lium, praerat Franciscus Bogonius; Loricae, ac munitionibus, quarum nomina erant Vultus, & Caput sanctum, Petrus Centurio ex Comitum familia, & aggeri, qui uulgo Caput sanctum, Andrutio, ac Lorica usque ad turrim Nappea, Nestor Martinengus: Aggeri autem Nappeo, totiisque Lorica usque ad Portam Limissiam, Hercules Martinengus: munitioni, quae uulgo Reulinum, ac Loricae, propugnaculum uersus, Horatius Veletrus centurio: aeditiori autem, quae Limisium uocabatur, & quam hostes praeter ceteris omnibus infestabant, praefectus est Robertus Maluetius. Quibus diebus coepit est oppugnatio, exinstitu Bracadeni distributus est comatus militibus, cum Graecis, tum leonis, & magistris tormentorum, scilicet unum,

*Pulcherrimus  
ordo in no-  
storum ca-  
stris.*

num, ius, caseus, & caro salita, omniaque  
 ad oppidi usque muros mira quadam in-  
 dustria, & ordine asportabantur, adeo,  
 ut miles singulis diebus duos tantum de-  
 natios, pro pane persolueret, cum reliqua  
 illi abunde suppeditarentur. Stipendium  
 trigesimo quoque die militi persoluebatur,  
 singulari cura & uigilantia Ioannis Anto-  
 nii Quirini, qui etiam praeter hoc munus,  
 omnibus grauioribus rebus interesse con-  
 sueuerat. Facta est contraria oppugna-  
 tio per spatium decem dierum, eaque tanta  
 ui, ac impetu, ut magnae glades ex nostro-  
 rum catapultis displosae, quindecim ex po-  
 citioribus tormentis, quae in Barbarorum  
 castris fuerant, corrumperent, hisque perua- Turcarum  
elades.  
 ria interualla circiter triginta millia uiro-  
 rum interfacta esse discuntur, eoque redacti  
 sunt, ut nec etiam in suis aggeribus, ac mu-  
 nitionibus iam tuti consisterent, eaque re-  
 mirum in modum extertiti videbantur.  
 Sed quia nostri maxime iam uereri cce-  
 perant, ne tormentorum materia deficeret,  
 in ea re ordinem prescribendum iu-  
 dicabant, ideoque in posterum triginta  
 duntaxat pilae interdui ex totidem tor-  
 mentis emittebantur, atque id fiebat co-  
 ram eorum prefectis, qui consulto i-  
 bi aderant, ne frustra sulphureus puluis

*Nec quis explores  
terram syracusam*

puluis absumeretur. Vnde trigesima die Maij catastropium ad pulit ex Greta, quod spe futuri subsidij, cuius in oppido maxima iam erat penuria, non parum illorum annos erexerat. Cum hostis munimentum, qd' Itali Contrascarpā uocant, nō sine magna difficultate, ac etiam utriusq; partis clade, occupasset, cœpit ē regione quinq; turriū, terrā proīcere in fossam eductā, ex parte amissi munimini: At uniuersum illud solū & ruīna, q; ui tormentorū siebat ex muro disiecto, nostri die noctuq; in oppidum comportabant, multiq; ac frequentes erant in opere, donec ab hoste fierent non nullæ fenestræ in pariete, quibus totū qualium sclopettarū per utrāq; latera impetrantes, obstabant, quō minus deinceps quilibet quam sine grauiori periculo illuc, propius

*Io. Marmorius* accedere auderet. Hinc sanè accidit, quod *us insignis ar-* *chitectus occi* *Io. Marmorius* celebris architectus, cū qualis uineas tignis, asseribusq; contextas, quibus nostri, dum terra asportarent, a crebris tormentorum iictibus protegerentur, excogitasset, paulo pōst interficeretur, qd' sanè omnibus maximoperē displicuit, cum oppidanis antea plurimis in rebus haud paruo usui excitisset. Cum hostes tantum soli iam proiecissent, ut ualli planitiem, cu- ius

ius superius facta est mentio, terraquē sen-  
 sim ulterius projecta, in omni oppugna-  
 tione, duplī ex latere traueraria tigna  
 infecerunt, quæ firmamento esse possent, Turcarum  
soleria.  
 eaq; ad muros usque porrigebantur, & quo  
 à nostris munitionibus protegerentur, mul-  
 tis ea culeis, & uirgultorum fascibus imple-  
 uere. Vallo iam potiti, cùm non aliunde  
 nisi ē superiori loco, indequē casu, & for-  
 tuitō, quicquam periculī, atq; incommodi rum taberne-  
 metuerent, elati spe celeris uictorīæ, ac etiā cula cuniculus  
 ne quicquam intentatum relinquerent, e-  
 inuadunt.  
 gere cuniculos in monumentum ( uulgò  
 Reuelinum ) in aggerem, Nappeum, An-  
 drutium, & in eum, qui Caput sanctum di-  
 cebatur, in Loricam, & in arcem naualem.  
 Cùm autem nostris ademptus esset usus il-  
 larum munitionum, confessim ( ut in hu-  
 iusmodi rebus fieri solet ) ad cuppas arden-  
 tes, ac tela ignita configerunt, ex quibus  
 aduersarij haud mediocre damnum acci-  
 piebant. His enim tomenta, lignaque  
 incendebantur, & qui aliquem ex his fac-  
 culis abripiebant, singuli nummo aureo  
 donabantur. In omnibus locis oppositos Magius, nobis  
cuniculos effodiebant, hisquē praeerat Ma-  
lis architectus, et quo etius.  
 huiuscē rei artem, ac scientiam spectaret.

Nostrī confu-  
 giunt ad misa-  
 filia.

Cæterum ex his, tres duntaxat optatum  
euentum sortiti sunt, uidelicet, qui fiebant  
in aggere Nappeo, Andrutio, & in eo, qui  
uulgo Caput sanctum, cum haec loca fo-  
rent uacua, nostriq; saepè noctu, ac inter-  
diu, ad fossam exibant, ut inspicerent cu-  
niculos, utque ignem in culeos, & ligna  
inserrent, nec unquam cessatum est singu-  
lari quadam uirtute, ac diligētia Baleo-  
nis, qui ad opus consuetudine excuba-  
bat, militesque cohortabatur, ne quod o-  
mnino tempus ab opere intermittere-  
tur, & cohortes per munitionum agge-  
res distribuit, ac singulis locis cohortem

Epiroti stre-  
nubellatores. ex Epirotis militibus adiecerat, qui sanc-  
tum, omnes, cum pedestri, tum equestri certa-  
mine, singulari animorum fortitudine di-  
micarunt. XI. Cal. Iulij e communi con-  
sensu ignem in tassis naualis cuniculum

Gyambelus fuit Gyambelus Bey', qui magna ui no-  
Bey, unus ex siros aggressus, fregit murum, licet ingent-  
Turcarū du- crassitie, ac perforatum plusquam dimi-  
cibus. dia ex parte prostrauit, & subruit magnā  
partem plutei, quem nostri paulo ante,  
pro sustinenda oppugnatione institue-  
rant, & subito magius Turcarum nume-  
rus super ruinas conscendens, una cum  
signis ad superiora loca penetrauit. Hanc

muni-

munitionem Petrus ex Comitum fami-  
 lia, sua cohorte propugnabat, eaqué ho-  
 stilibus tormentis ualde quassata est, cum-  
 qué Nestor Martinengus præsidio accur-  
 reret, hostis repente ab omni parte loco *Hostes reij-*  
 reiectus est. Quamuis autem pugnam  
 quinquies, aut sexies, nouo ac recenti mi-  
 lite redintegrasset, illinc tamen re infecta,  
 recedere compulsus est, atque ad suos re-  
 uerti. Huic prælio Baleonus interfuit,  
 & multum, ac strenuè pugnauit. Braca-  
 denus, & Quirinus, haud procul aberant,  
 uterque armatus, atque ad omnia impi-  
 ger, lassisque, ac defatigatis militibus in-  
 tegros mature subministrare paratus, qui-  
 que arcu præerat, iugibus tormentorum  
 procellis oppugnantes feriebat, multis-  
 que incommodis hostem afficiebat. Hoc  
 certamen ad quinque horas productum  
 est, sicutque uarium & maxime importu-  
 num. E' Turcis complures desiderati. *Clades utrin-*  
 E' nostris autem partim vulnerati, partim *que illatæ.*  
 interēpti, fermè centū, idç̄ potissimum eue-  
 nit, repentino quodam infortunio, ac in- *Infortunium,*  
 diligentia eorum, qui faces atque aridam *quod nostris*,  
 materiam de muro in aggerē eminus con- *accidit,*  
 ijciebant, hisque imprudenter emissis,  
 non pauci ex eo incendio perierunt. Hic

præter alios cæsi sunt Franciscus Gorus  
comes, & Bernardinus Augubius centurio.  
Hercules Malatesta, & Petrus comes, cu'm  
nonnullis alijs militum præfectis, ac signi-  
feris, grauiter lapidibus uulnerati. Proxi-

*Litteræ ex Cre  
ta allatæ.*

ma nocte rursus alia litteræ Cretenses alla-  
tæ sunt, quibus præsidium ad obsecros mittē-  
dū, iamq; in proptu esse, nuntiabatur, idq;  
de industria siebat, ne se miles animo demit-  
teret. Interim opera præfecti, Marci Criuel-  
latoris, & Magij equitis, procuratum est, ut  
in omnibus locis oppugnatīs munimenta  
construerentur, ad quæ in tutum se recipie-  
rent, atque ubi cuniculos effodi sentieba-  
tur, eò statim accurebant, & iniçiebant ca-  
dos, & sacculos, madida terra oppletos, nec  
non capsas, culcitras, centones, aliaq; huius  
generis adminicula, cum Græci singulare  
quādā solertia secum detulissent, quicquid  
apud se habuerant. Nam præter Cannabū,  
comportarunt etiam aulæa, tapetia, stra-  
gula, & linteamina, ex quibus fierent culæ,  
qui modus est optimus, ac expeditissimus,  
ad conficiendos pluteos disiectos ui tor-  
mentorum, è quibus perpetuo glandes ia-  
ciebantur, & diurni laboris detrimentum,  
labore ac uirtute militum noctu reconcin-  
nabatur, hiq; semper in muris consistebat,

nec

*Græcorum  
solertia in re  
militari.*

nec ab eis, cohortium præfecti, ducesq; ab Nostri centu-  
erant, qui etiam operibus intenti, cuncta riones quam  
sedulo agere, simulq; cohortando, & fortificando pro-  
ter pugnando, reliquos ad laborem, ac certuidi, ac dili-  
tare, magis magisq; incendere, nec unq; gentes contra  
nisi in meridie quiescere, cum nullum ali- hostem.  
ud tempus opportunius daretur, quoniā  
hostes singulis penē momētis eos ad bel-  
lum lacescebant. Tertio Cal. Iulij ignē in-  
tulere in cuniculum erat munitionis, q  
uniuersa disruptit, & maximam ruinam es-  
didit, commodam oppugnationem hosti  
tradens, isq; magno impetu ad superiorē  
locum ascendit. In hoc prælio affuit Tur- *Mustaphæ eō*  
carum Imperator, qui suos adhortabatur, *cio ad milites.*  
ut alacri fortisq; animo in hostem dimica-  
rent. Illum diem, si uicissent, superiores la-  
bores, & uictorias cōfirmaturum. Omnia  
ferme iam disiecta, per paucos ex defenso-  
ribus superesse, ac eos in urbe cunctarū re-  
rum inopia premi, frustraq; ullum subsi-  
dium à quoquam expectari. Proinde cer-  
to sibi persuaderent, oppidum breui in eo-  
rum potestatem ui, aut saltem uoluntaria  
deditio ne peruenturum. Hinc eos mane-  
re amplissima præmia, hinc decus, hinc e-  
iam se apud posteros æternam nominis  
memoriam consecuturos. Nihil autem  
horum ab eis unquam sperari posse, nisi  
L 5 hunc

hunc locum, in quo summa totius victoriae constabat, expugnarent. Igitur minimissent, hic totius rei cardinem uersari, nihilque ferè hactenus gestum esse, quod præclarum foret, nisi, quod modo præmanibus haberent, sciliciter absoluissent. Ut uero id tandem assequerentur, penes Fortunam, & illorum uirtutem consistere. De illa, non esse cur non sibi omnia

*Fortuna non laeta & secunda pollicerentur.* Etsi enim facile deserit, haec ( inquit ) a mortalibus uaria, fluxa, & quos semel incostans iudicetur, talisque ut plurimum suo fauore dire ipsa inueniatur, quos tamen sua gratia

gnatur. semel prosequi cœpit, haud facile solet deserere. Hanc autem ipsorum conatibus adesse uelle, ac optatos euentus præbituram, inde haud sanè difficulter, ac obscurè colligi posse, quod iam uniuersum Cyprī Regnum, præter hanc urbem, Selymæ ditioni subiecerit. Itaque uerisimile uideri, eam fœlicibus auspicijs prosperum euentum largituram, dummodo ut cœperunt, audacter, ac intrepidè in hostem fer-

*Non esse sicut cumbendum reflecti essent, ob id tamen haudquaquam in adversis.* Licet autem in superiori pugna

animo desicerent. Nimirum turpe ac ignominiosum uideri, si tot strenui milites, tot eximij duces, tot bellica gloria præstantes uiri, quiq[ue] tot Principes, ac Reges, hu-

hucusque deuicerunt, nunc à paucis, quantumuis egregijs, ac militaribus, ut eti succumberent. Non ideo se in eam militiam profectos, ut re infoeliciter gesta, Byzantium inglorij redierent. In acie præstare interfici, quam ut in clytam uirtutem à maioribus, tanquam per manus acceptam, illa ignauix timorisue suspitione denigrarent. Se tamen interim quiduis potius animo concepturum, quoniam ut nolint fortissimis pectoribus, hoc bellum tam prospero Marte inchoatum, perficere. Hoc quidem ab eorum Imperatore Selymo iustissime susceptū, cum ea Insula iure ad se pertineret, qui sit Legitimus hæres, ac successor eorum Regnorum, quæ quondam Rex Memphis possidebat. Hunc olim à suis progenitoribus ditione spoliatum, armisque deuictum, ideoque iure belli eam Insulam in Ostomanam familiam deruisse. Venetos autem contra fas æquumque, sibi hoc Imperium usurpare, nec ullia alia ratione inniti, quam fæmineo coniugio, quia scilicet patritia quædam ex gente Cornelii, Iacobo nuperit, eoquæ mortuo, & filiolo, quem unicum reliquerat, naturæ concedente, illud ad se iure translatum sit, At non'ne multo

*Hoc bellum  
à Selymo iuri  
susceptum.*

antea

Cyprus ab  
Egyptio Re-  
ge armis ce-  
cupata.

Veneti ob Cy-  
prum quotan-  
nis Turcaru-  
Regi tributu-  
impendera  
soliti.

antea Rex Aegyptius (siebat) Cyprum si-  
bi uectigalem efficerat? Non' ne ob eandē  
causam, Veneti nostris Imperatorib. qui  
præfatum Principem bello deuicerant,  
quotannis tributum persoluerunt? Credo  
id unicuiquestrum ( optimi duces, prom-  
ptiꝝ milites ) quām notissimum esse. Si  
ergo accidat, ut ipsi, quod reuera suum est,  
quodq; certa aliqua conditione alteri ad  
tempus accommodarint, ab eodem tandem  
repetant, cur denegare ausint? Cur inuiti  
reddant, quod Principum indulgentia, &  
benignitate aliquandiu possederunt? Hic  
uidere licet, quām non modō Veneti iniu-  
stisint, sed etiam ingrati, ac beneficiorum  
immemores. Quocirca dubium non est,  
quin Deus humanarum actionum inspe-  
ctor, ac uindex, de his aliquando suppliciū  
sumat. His etiam addebat, plurimos ē suis,  
fortissimos uiros, bellisq; duces, in ea mili-  
tia interemptos, ideoq; illorum mortem,  
haud sanè sic inultam relinquendam esse.  
Quanquam uero ipsi ex hostibus permul-  
tos interfecerant, nihil tamen ferè actum  
esse, nisi tandem omnes ad internacionem  
delerent, uel saltē sub iugum mitterent.  
De his profecto, qui strenue dimicantes,  
occubuerant, non esse, cur dolorerent, uel mi-  
farentur, cum id usu eueniret, ut Mars ipse  
ex

ex acie fortissimum quemque pignorari Mars fortis-  
soleret: Sed hunc potius annitendum, ut sumum quem  
eorum interitus licet honorificus, & quam quesibi oppo-  
maxime glriosus, ab his, quibus adhuc ignorat.  
belli Fortuna pepercerat, hostili crurore, ar-  
misp*w*indicaretur, nec ullo modo inultū  
esse paterentur. His dictis militum ani- Mustaphanā-  
mos uehementer accendebar, quosq*p* ti- hil omittit  
midiores, aut legiores intuebatur, eos a- quod ad ui-  
criter oburgare, multisq*e* minis terrere. doriō spectet.  
Ipse interim omnia pspicere, apud omnes  
adesse, boni*p* ducis, ac strenui militis offi- Hercules Mar  
cia simul exequi. Hoc praeium initio Her- tinengus.  
cules Martinengus cum sua cohorte sum-  
ma uirtute sustinuit, moxq*p* alijs praefidio  
accurrerūt, qui omnes, tamē pluteo cu-  
niculis euerso, in locis detectis ac patentia-  
bus certabant, hostem tamen mira fortis-  
tudine repulerunt. Sex horas continua &  
acri contentione dimicatum est, pugnaq*p*  
fuit anceps, periculosa, horribilis. Nā tor- Hostes repulsi  
mentorum tonitrua, sclopetorum cum non sine no-  
crepitu grando, armorum fragor, tubarū frorū elade.  
& tympanorum clangor, uirorum utrinq*p*  
clamores, tot tantaq*p* erant, ut cœlum cum  
terra permisceri uideretur. In eo conflictu  
plures utrinq*p* uulnerati, ac interfecti. Ex  
nostris, Mignanus de Perusia, Celsus de  
Focis, ac Erasmus Firmatus, præclarí cohori-  
tium

cium ceterum, & ferme triginta milites conciderunt. Ex vulneratis autem, fuerunt Soldatellus, Antonius de Ascolo, Iohannes Istrius, ipsi quoque militum praefecti, & nonnulli Signiferi, qui que Publica munia obibant. Ab arce naturali multo maiori strage fuerunt reieoti, & multo minori nostrorum clade, cum ex his quinque duntaxat perierint, inter quos fuit Iacobus de Fabiano, & Nestor Martinengo, ex paruuli tormenti glande in sinistro crurale uulnus illatum est. Pugnatum est ad sex horas, peracri certamine, ipsique duces, ac bellatores, nihil omiserunt, quod quidem ad eorum officium spectaret, ibique interfuit Curij Antistes (hanc urbem hodie Limisum uocant) qui crucem in manu gestans, dimicantium animos uaria cohortatione confirmabat, eisque in mente reducebat, qui nam esset hostis, in quem arma gerebantur, uidelicet quam perfidus, importunus, atrocus, quamquam fidei Christi non placabilis, ac dirus impugnator, quippe qui eius nomen penitus extinxeret. Quapropter illos multis verbis admonebat, atque orabat, ut sibi in animo inducerent, id est firmissime crederent, se causam habere iustissimam, Deumque prius eorum conatus affuturum, cum ipsi pro libertate,

*Curius Antistes  
hortatur  
nosotros ad  
pratum.*

tate, pro patria, pro aris & focis, denique  
(quod multo pluris apud eos ualere de-  
beret) pro uera fide, ac religione, armis cō-  
tenderent. Hostem contrā, immodica dū-  
taxat regnandi cupiditate, atque avaritia  
impelli. Quamuis autem illorum animi  
satis per se ad pugnam incitati uiderentur,  
uix tamen dici potest, quanto perē ipsius  
verbis, magis magisq; ad dīmicandum in-  
flammarentur. In oppido extiterunt plu- Exemplum  
rimæ cum matres familiās, tuim uirgines, egregiae forti  
plenæ animi, ac uirilis audaciæ, quarum tudinis in mi-  
aliæ nostris confligentibus, tela, & lapides liebri sexu.  
cōportabant, aliæ aquā, & reliqua usui op-  
portuna suggerebant, omnīq; ope illorū  
conatus prouehebant. Interea cum Bar-  
bari perspicerent, quantum detrimenti, at-  
que incommodi, ex hac duplicio pugna-  
tione accepissent, quanquam in ea re parū,  
aut nihil adhuc perficerent, neutiquam ta-  
men superiori clade perterriti, alia ratio- Turci erigunt  
ne nostros aggredi cōperunt, uarijsq; nouas muni-  
torientis, & multo maiore vi, quam an- tiones.  
tea, omnia loca, & ad quæ nostri se recepe-  
rant, undique diuerberārunt, summaq; ac  
ac incredibili celeritate septem alia mu-  
nimenta magis iuxta oppidum extruxē-  
re, quasq; in prioribus habuerant, mi-  
litares machinas, illūc asportari iusserunt,

&amp;

& circiter octoginta superadditis, tanto concursu, tantaq; animorum pertinacia, & clamore nostros inuaserūt, ut octauo Idus Iulij, cum nocte proxima, quinque mille Nostrorū plu  
tei à Turcis  
disiecti.

globi euibrati numerarentur, atq; ita pluteos sudes q; deiecerunt, ut difficillimē illorum conatibus obsisti posset, quoniam qui huic operi destinabantur, omnes ferre pilis tormentorum conciderant, iamq; omnino perpauci remanserant, eoq; tum axneis machinis, tum palis, & ligonibus, curua portarum uestibula redigere, ut area occupata (quia pluteis densioribus efficitis, locus magis in angustum cohortabatur) eum tabulis, & cratis ampliare coegerentur, ibiçq; Magius subterraneum specus eduxit, ut, quia defendi ultra nequibat, eo tandem hostis, haud citra insignem suorum calamitatem potiretur. Barbari, et si duobus iam prælijs repulsi, multaque strage affecti erant, nihilominus tamē pertinaci ac intrepido animo, pugnam redintegrare constituunt. Itaque proxima luce munimentum (uulgò Reuelinum) agerem Nappeum, Andrutium, Loricam, arcemq; naualem summis utribus adorti, modis omnibus expugnare annitebatur. Nostri contra, non minus impigne, gnatiterq; se gerere, hostem ferire, loco depelere.

Nostrorum  
virtut.

lere, denique nihil non agere, ut superiores euaderent. Sex horas & amplius, pertinaci, ac diro certamine ab uirilque prælia-  
tum est, & Byzantini ex quatuor locis re-  
iecti sunt. At munimentum nostri, haud  
sine maxima utriusque partis clade amise-  
runt. Cum enim ab hoste undiquaque præ-  
merentur, & propter loci angustiam, lon-  
gioribus hastis uti nequirent, atque idcir-  
co iuxta ordinem præscriptum à Baleonie,  
retrocedere constituerent, accidit, ut per-  
territi, statim signa relinquerent, & in ipso  
receptu, hostili agminni admiserentur, atque  
interim nostro cuniculo igne incenso, mi-  
serabili quodā & horribili spectaculo cir-  
citer mille ex numero aduersariorum op-  
pressi sunt, & ex nostris, quingenti, atque  
amplius desiderati. In hoc prælio cecidit  
Robertus Maluetius ceterio, & Marchet-  
tus Firmius, qui etiam ordines ducebat,  
gravi uulnere affectus est. In nauali oppu-  
gnatione cæsus est David Nucius magi-  
ster exercitus, & Nestor Martinengus, la-  
pidis frustulo glande ferrea distracti ac re-  
silientis, haud mediocriter uulneratus est.  
Hic sane ad quinq̄ horas dimicatum acer-  
timè, ac oppidanī cum ipsis etiam pueris,  
ac mulieribus, ubique plurima uirilis forti-  
tudinis documenta ediderunt. Munimen-

amissum ita repente cuniculo disiectum est,  
ut nostri neutquam amplius recuperan-  
dum censerent, cum nihil spatij relinque-  
retur, in quo diutius consisterent. Pars tā-  
tum, quæ a sinistro latere construebatur, in-  
tegra remansit, & subtus eam alium cuni-  
culum egerunt. Porta Limisia erat è regio-  
ne præfati munimini, & loco depresso;  
quæ semper patebat, ibiç nostri cataracta  
fenestram crati persimilē efficerant, quæ  
quidem annulis, & clavis ferreis, à funibus  
pèdebat, ut si hostes intrassent, demissa ea  
dem inclusi extinguerentur. Per hanc sub-  
inde terrenum effossum ex munimine, in-  
tus deferebatur. Cū mautem hostes iā fer-  
mè quadriduum illinc absuissent, se agge-  
ribus è superiori loco præmunire incep-  
runt, indeç prohibebant, ne quispiam ex  
ea porta egredieretur, cum illis maximè su-  
specta foret, ob plurimā damna, & incom-  
moda, quæ sibi ab ea inferebātur. His per-  
actis, pridie Idus Iulij castra propius admo-  
uerunt, eamç ex communi consilio inua-  
dere statuerunt, & oppugnatis omnibus  
alijs munitionibus, usque ad præfatam ia-  
nuam signa fixeré. Hanc Baleonus, & Lu-  
douicus Martinengus, tuendam suscep-  
rāt, atç ubi milites cohortati, eorū animos  
erexisset, protinus ualida eruptione facta,

in eos

in eos irruerunt. In hoc certamine plures  
occubuerunt, & maior pars in fugam uersi,  
moxq[ue] ignem in cuniculū iniecere, quo q[ui]  
dē circiter quadringenti ex Turcis absum-  
pti sunt, & Baleonius unico uexillo poti-  
tus est, quod ex cuiusdam Signiferi māhi-  
bus animosè p̄xeripuerat. Proximo dili-  
culo ignem in cuniculum loricā intulerunt,  
cumq[ue] is haudquaquam succēderetur, op-  
pugnationem distulerunt, & uineas in fos-  
sis educere, illasq[ue] cratibus densiores effi-  
cere annitebantur, quō inde hostem turidū  
inuaderent, totamq[ue] terram, que erat iuxta  
munimen (uulgo Contrascarpam) effo-  
derunt, ibique castra posuere cum suis ta-  
bernaculis, que à nostris minime conspici  
poterant. E septem aeneis catapultis in-  
gentes pilas contorsere in murum p̄xafa-  
tæ munitionis, atq[ue] ita disponebantur, ut à  
nemīne certi possent, moxq[ue] alijs maiori-  
bus tormentis reliqua propugnacula im-  
petebant, & tabulis, que crudis cornis intes-  
xebantur, nostros pluteos effodiebant. At  
ipsi contrā, e suis locis interdum egredi,  
nonnullos eorum cedere, ac vulnerare,  
(licet hoc haud sanè sine multorum pé-  
niculo, ac cæde, ab eis fieret) & pluteos  
instaurabant pelle bubula madefacta, so-  
loquie intus, projecto canabe, lanarum

Turcicum ue-  
xillum crepitā  
à Baleno.

Nostrorū fa-  
gacitas in tu-  
endis munia-  
tionibus.

culcis, & aqua, & hæc omnia funibus quā  
arctissimè connectebantur, omnesq; mu-  
lieres oppidanæ (sicuti antea dictum est)  
singulari quadam & virili audacia, uicatim  
certo inter se numero distributo, & aliquo  
ex Græcis ministris, comitante, singulis  
diebus ad prescriptum opus certatim exi-  
bant, aliaq; tigna, & lapides, nonnullæ a-  
quam comportabant, eaq; in omni oppu-  
gnatione in medijs cadis sedulò afferuaba-  
tur, quæ hostiles faces, ac tela extingueren-  
tur. Cum portam frustra oppugnasset,  
modum hactenus inauditum excogitarūt.  
Collegerunt enim haud mediocrem co-  
piam tædæ, quod genus ligni, facillimè ad-  
urit, sed fœdo & intolerabili odore, ac ea  
præ foribus projecta, ignequie succensō fi-  
scisculis, ac tignis piceatis, tanta protinus  
flamma excitabatur, ut nulla ratio, qua ex-  
tingueretur, iniri posset, licet in eam sub-  
indè dolia plena aquis superne à nostris in-  
jicerentur. Hic ignis quadrivium exarsit,  
eoq; incendio factum est, ut obfessi ob ni-  
miam flammat, & graueolētiam, se in op-  
pidum reciperent. At ipsi interim sese in  
depressiora munimina demittentes, alios  
subterraneos specus moliti sunt, atque ita  
demum portæ occludi cœpit, cum illā ape-  
rire nimis detrimētosum uidererur, moxq;  
cre

(res dictu mira) illius muniminiis area refe-  
cta, e regione portæ machinam tormenta-  
riam collocarūt, quā nostri ē uestigio mis-  
sibus, cespīte, aliaq; materia suffoderunt.

Dum hæc fierent, si iam erat ciuitatis sta- Famagustani  
redacti ad ex-  
tremā inopiā.  
tus, atq; conditio, ut extrema Fortuna la-  
boraretur, nihilq; in ea, præter spem, Prin-  
cipum, ac centurionum uirtutem, nec non  
militum promptitudinem supereret. Vi-  
num erat absumptum, nihil carnis recen-  
tis, aut salitæ, nihil denique casei, aut aliqd  
huiuscmodi haberi poterat, nisi carissi-  
mo precio, & uix etiam quicquam horum  
pecunijā amplius inueniri poterat. Vitæ  
alimentum, per aliquot dies præbuerant  
equi, asini, feles, & alia huius generis ani-  
mantia, quæ tamen omnia iam pene desie-  
rant. Pane duntaxat, & fabis alebantur.  
Potus erat acetum aqua immixtum, quod  
etiam paulò post idem absumptum, adeo  
ut iam omnium rerum inopia premeren-  
tur. In æditioni aggere, qui erat iuxta por-  
tam, tres cuniculos supponi percipiebant,  
nihilq; apud eos remisi & languidi cer-  
nebatur: at in dies maiori studio & indu-  
stria, ubique operibus instare, numerusq;  
copiarū augeri, exq; regione Loricæ, ma-  
gnam densi aggeris molem in uallo erexe-  
runt, que altitudine murum æquare incœ-  
perat,

perat, iamq; ex opposito arcis naualis per-  
uentum est, ad eam munitionem, quae Con-  
trascarpa dicitur, ac praetaltum aggerem in-  
stituerant, qui foris totus canabes muniens  
tur, & pari erat altitudine cum nostro. In  
oppido remanserat circiter quingentim  
milites Italici, atq; hi continuis vigilijs, & mi-  
litaribus laboribus mirum in modum de-  
fessi. Ex Græcis major pars, eaq; potior, in  
prælijs iam ceciderat. Cum itaq; primores  
urbis, ciuesq; uniuersi, hæc omnia secū ac-  
curatè perpendarent, & quo miseriariū uni-  
uersa redacta essent, cum animo secum uo-  
luerent, XIII. Gal. Aug. è communī cōsen-  
su, decreuerunt, eos, qui summæ rei præfi-  
ciabantur, atq; in primis Bracadenum, ob-  
suadent Bras- nixè precari ac obsecrare, ut malleent aqua-  
cadeno. & a- conditione cum hoste pacisci, quam ultra  
lijs primorib, bellum producere. Horū summa hæc fuit.  
Oppidū à se, quandiu facultas præbita fu-  
erat, egregie ac strenue defensum, nihilq;  
omissum, quod à uiris fortissimis, & lau-  
datissimis effici potuerit. Nunc autem in-  
telligere sese, ipfisq; oculis cernere, quo in  
statu uersarentur. Oppidum, atq; arcem, os-  
mniaq; alia munimenta suis presidijs pro-  
pemodū denudata, & disiecta, bellatores  
interemptos, & spem auxilij nullā super-  
esse, cūq; pro eorū salute ac imperij ueneti

dignitate

Famagustani cibabantur, atq; in primis Bracadenum, ob-  
suadent Bras- nixè precari ac obsecrare, ut malleent aqua-  
cadeno. & a- conditione cum hoste pacisci, quam ultra  
lijs primorib, bellum producere. Horū summa hæc fuit.  
Oppidū à se, quandiu facultas præbita fu-  
erat, egregie ac strenue defensum, nihilq;  
omissum, quod à uiris fortissimis, & lau-  
datissimis effici potuerit. Nunc autem in-

telligere sese, ipfisq; oculis cernere, quo in  
statu uersarentur. Oppidum, atq; arcem, os-  
mniaq; alia munimenta suis presidijs pro-  
pemodū denudata, & disiecta, bellatores  
interemptos, & spem auxilij nullā super-  
esse, cūq; pro eorū salute ac imperij ueneti

dignitate suas animas, & facultates, omnibus fortunę casib. hūc usq; obiecillēt, orare, ut dū liceret, sese honesta cōpositiōe dederent, & aliquā sui, suarūq; uxorū pudicitię, ac liberorū uitę, rationē habere uellēt. Nisi n. hoc fieret, omnes breui in eius potesta- tē uenturos, omniaq; passuros, quę uictori collibuisseret. Cauēdū igitur, ne libi accide- ret, quod plerunq; hominib. nimia pertina- cia, & arrogātia accidere solet, uti eō tandem recurrent, & id cupidissime perant, quod paulo antē cōtempserint. Plurimas, & gra- uissimas esse causas, quib. iure ad hoc im- pelli deberent. Exemplo satis esse miserā. *Ab exemplo Nicosiā*, cuius oppidanī & ppugnatores Nicosiæ dedicō omnia leuitiæ genera perrulerint, & uitā *tionem urgā*. deniq; cū libertate amiserint. Hostē haud ita barbarū, & humanitatis expertē, ut fidē semel præstirā facile ausit uisolare. Rhodia- nos, quiq; Albā Græcā incolūt, & plerosq; alios, qui sese illi quondam dediderūt, locu- ples huiusc rei testimoniuū præbere. Inter- ea breuibus cōmemorabat, res Cyprias eō deductas, ut uelint, nolint, se tandem uictos fateri cogerēt. Itacq; cū sic Deo uisum fo- ret, ex cuius nutu ac puidentia hic Regna, & Imperia trāsimutantur, nouosq; sibi do- minos asciscunt, id humanitūs, ac modera- tē serendum, nec ullo modo existimarent,

M m 4      hoc

hoc sibi ulli uitio, ac dedecori uertendum.  
 Satis supercō omnibus iam cognitū, quam  
 fideliter, quamq[ue] strenuē ab initio huius  
 belli, ad exitum usque, se hactenus gessis-  
 sent, adeo ut eorum inclita uirtus, & fortia  
 facta, iam per totum ferē orbem celebri fa-  
 ma increbuerint. Sat igitur nomini, glo-  
 riæq[ue] inseruitum: Abundē etiam factum  
 dignitatī, ac muneri, quo fungē-  
 bantur. Hæc, plæraque alia huiuscmodi,  
 scripto comprehensa, militiæ præfidi ob-  
 tulerunt. Hic autem, uisis eorum postula-  
 tis, hos illicò ad se accersendos curauit, bla-  
 disq[ue], & amicis uerbis affatus, graui, & cō-  
 posita oratione solatus est, & illorum ani-  
 mis, omni, qua potuit, ratione, metum, ac  
 terrorem adimere studuit, sc̄q[ue] minimè ue-  
 reri dixit, quin mox recenti subsidio sub-  
 leuandi essent, utq[ue] illos magis, magisq[ue]  
 confirmaret, starim ea de causa liburnicam.

**Turcæ rursus** Cretam uersus aduolare iussit. Per idem  
**nostros cuni-** tempus hostis cœptos cuniculos absolu-  
**culis inuadūt,** rat, eosq[ue] undetrigesima die Iulij succen-  
 derat, quo quidem temporis uestigio no-  
 stri de more pluteos refecere, quos prius  
 uaria tormenta disiecerant, cumq[ue] nulla a-  
 lia materia suppeteret, sacculos fecerunt  
 ex tenuiori panno, idq[ue] Teupulus præci-  
 pue curārat. Tres cuniculi, quos sub pre-  
 alto

alto aggere effodabant, insignem stragem  
 edidere, cum maioreius pars conedisset,  
 ibi⁹ occubuit Rondachus alarum centu-  
 rio. Cuniculus effectus sub nivalibus reli-  
 quam partem munitionis deiecit, & inte-  
 gram ferē nostrorum militum cohortē ex-  
 hausit, nihil⁹ iam aliud, præter duo muni-  
 mina remanerant, quae hostis omni cona-  
 tu disjūcere tentauit, eq̄i et alijs locis oppu-  
 gnatis, aditū sibi ad mēnia parabat. Hoe  
 præliū a uigesima hora usq; ad uesperam,  
 summis utrinq; uiribus productum est, e-  
 iusq; facies maria, fœda & formidabilis cer-  
 nebatur. In hac pugna ingens fuit nume-  
 rus occisorum: sed multo maior ex aduersa  
 parte, nostri⁹ hunc impetum pari constan-  
 tia & labore propulsarunt, in eaq; præter  
 alios, Iacobi Stambali virtus egregia & sin-  
 gularis emicuit, sicuti etiam in reliquis cer-  
 tamīnibus emicuerat. Proxima luce clamo-  
 re sublato, undiquaq; nostros inuaserunt,  
 & ultra sex horas utrinq; dimicatum, sed  
 parua nostrorum clade, cum Turci eo die *Turci nostros*  
 terrestribus copijs paulo remissius agerent; *classe ador-*  
 at potius ex ora maritima cū rostratis na- *rimine.*  
 uibus confligebant, ex quibus maximas  
 tormentorum glandes in oppidum, no-  
 stroſq; aggeres emiserunt, hisq; haud parū  
 nōumenti acceptū est. Post hāc oppugna-  
 tionem

tionē impigre ac strenue repulsam, cū omnia incōmoda īndies augerētur, ac ī urbe puluis tormentariis īā deficere inciperet. Præterea cū omnīs reī frumentarię aliarūq; rerū extrema ī opia conflictarētur, quodq; tādiu expectabatur subsidiū, nūlq; appareret, quin etiā frustrā ulterius expectari conspiceretur, ē cōmuni consilio sanctiū est, optimū fore, ut rādē hostiū æquas cōditiones offerrent, & se se (uti prīncipes ciuitatis antea cōsuluerant) pactione ī illius fidē trāderēt. Itaq; sub finē lūliū legatos ea de re ad

*Inducia per-*

*actae.*

*Obsides utrin-*

*misi.*

Mustaphā miserūt, & Cal. Augusti sub meridiē, induciæ peractæ sunt, cū quidam eius nomine ad oppidū uenisset, & cum illo p. xima luce transactum esset, ut obsides duo utrinq; darentur, quo usq; de conditionib. ageretur. Ex nostris, ad eos ex cōdicto ius- suq; Bracadieni, missi sunt Hercules Martengus, & Matthēus Colsius, ciuis Tamal-

sius. Ex hostib; Mustaphæ legatus, & qui militib. prētorianis cū imperio prēcerat. His uero in urbē accendentibus, Astor Balconus cū ducētis sclopettarījs ad portā usq; hono- ris causa pcessit, & ipsi cōtra, nostris cū ma- gno equitū comitatu, ac eorū, q; minorib; tormentis uītūr, obuiā exiuerūt, & inter p. ceres affuit etiā filius Turcātū ducis, cōsiliq; à Mustapha, & ab alijs benigne ac plūna- niter excepti sunt. De cōpositione ī Balco-

no

no transactū est cū obsidib. qui ad eos missi Deditio[n]is  
fuerant, & cōditiones erant, ut o[ste]s incolu[m] capita.  
mes dimitterētur. Ut sibi, ac socijs, arma, ue-  
xilla, & quas apud se facultates haberent:  
præterea quinq[ue] maiora tormēta, tresq[ue] ex  
pulchrioribus equis traderētur. Adhuc, ut  
singulis tutus liber[er]t[ur] trānsitus in Cretā pa-  
teret, qui rostratis nauib[us] adueherētur. Po-  
strem[us], ut Græcis domi esse liceret, suisq[ue]  
bonis frui, ut antea, nullaq[ue] uis cuiq[ue], reli-  
gionis causa, inferretur. Horū petitionib[us]. *Muſaphacē.*  
ubi Turcicus imperator assensus esset, & ditiones sua  
cōditiones sua manu obſignasset, nostri su[m] manu obſi-  
bito nauigia in portū deferrī iusterunt, atq[ue] gnat.  
ubī maior militū pars citra ſuſpitionē cñā  
Turcæ in eos humanissimē ſe gesserant ad  
littus profecta eſſet, eo quidem animo, ut  
ſtatim abitionē pararent, naues cōſcende-  
re coeperunt. At priuſq[ue] proceres, ac militū  
centuriones profectionē fuſciperent, V. I.  
dus Augusti Bracadenus ſammo diſculo  
Neforē Martinengiū und cū literis ad Muſa  
ſapham legauit, quib[us] indicabat, ſe uesper-  
ti ad eū ueturum, ut claves urbis traderet,  
ſelq[ue] in arce relicturū Teupulū, qui ad eius  
aduentū recederet, arcētq[ue] illi transferet: ſe  
interim petere ac rogare, ut oppideni, ac  
reliqui, nulla iniuria afficerētur. Huic Muſapha,  
ſapha corām ſuis uerbis referri iufuit, illi omnia ſimilis  
us aduentum ſibi qua[u]a gratiſimū fore, latē agit.

ſeq[ue]

sc̄q; illum iubenti animo uisurum, ob ext  
miam uirtutem, & singularem animi fortit  
udinem, quā in eo, alijs sc̄q; centurionibus,  
ac militibus re ipsa expertus erat, de quorū  
quidē egregijs laudib⁹, ubi cunct⁹ gētium  
foret, semper q̄ honorifice apud oēs, ac præ  
clarē locuturus esset, easc⁹ pleno ore cele  
bratus. Quod aut̄ ad oppidanos, & reli  
quos pertineret, se operam daturum, ne il  
lis quicquam damni atq; incommodi in  
ferretur. Martinengus, responso habito, sta  
tim ad suos reuersus est, quæc⁹ in manda  
tis habuerat, quām fidelissimē exposuit. I  
taque post meridiem Prætor cum Baleone,  
**Aloisio Martinengo, Antonio Quirino,**  
**Andrea Bracadeno, equite ab Hasta, Caro**  
**lo Raganasco, Francisco Straco, Hectore**  
**Brīxiensi, Hieronymo de Sacili, & pleriq;**  
**alijs nobilib⁹ uiris:** Præterea cum quin  
quaginta militibus, prioribus quidem gla  
dio accinctis, & alijs cum minoribus tor  
mentis, ex oppido egressus, rectā ad Impe  
ratoris tentorium perrexit, à quo quidem  
primō cum suis omnibus comiter, ac libe  
raliter exceptus est, & (illo sic iubente) cū  
præcipuis iuxta eum assedit, moxq; post  
uarium sermonem ultrō citroq; habitum,  
calumniosē criminari cœpit, nonnullos ex  
captiuis nocte præcedenti ab eis interem  
ptab.

ptos, & ppter ea cū ius militiae uiolassent,  
æquū esse, ut pfidiæ pænas luerēt. Cū ipsi  
hoc auditq; se le illicō purgare uellent, atq;  
obiectū crimē diluere (d.d.n.) lōgē falsissimū  
erat) is more, quātumuis minime impatiēs  
iraq; præferuidus, cōfestim oēs uinciri (erat  
aut inermes, cū nemini eorū fas esset, regiū  
prætoriū cū armis ingredi) atq; ita uinctos  
singulatim in atriū ante ipsius papilionem  
pduci, & corā se trucidari iussit. At Braca-  
deno ubi (sic eo imperante) colū bis, terūle,  
carnifici intrepidus, ac si mox abscondendū  
foret, porrexisset, aures illicō præcisæ sunt,  
eoq; in terram prostrato, hæc uerba subiun-  
xisse dicitur. Vbi nunc est, quē adoras? cur  
nō celere aduenit, tibi opē allatur, & mul-  
ta huiusmodi. At illū forti animo tyranni-  
cam fæuitiā pertulisse, nullo responso adhi-  
bito. Hercules Martinengus, quē antea u-  
num ex obsidib. fuisse dictū est, unā cū reli-  
quis deuinctus, ab Eunucio Mustaphæ ab-  
sconditus est, donec eius ira deferueretur,  
huic deinde uita condonata est, ea scilicet  
conditione, ut illius mancipium ac seruus  
foret. Tres Græci, q; sub tabernaculū deli-  
tuerant, dimissi sunt. Oēs milites, & Græci,  
q; erat in castris, ex quib. sanè circiter nume-

*Mustaphæ  
perfidia &  
immanitas.*

*Nostri inter-  
empti à Tur-  
ca.*

mo

Mare Tenu  
puli.

mo cōcepisset. His, qui paulo antē in nauis  
gia cōscenderāt, ēuestigio cōpedes iniectis,  
cōs'q̄ fortunę ablatæ. His rebus confessis,  
Mustapha p̄ximo die cū purpuratis, ac pro-  
ceribus urbē ingressus, T̄cupulū arcis p̄f-  
fectū suspendi iulsit. At Nestor Martinen-  
gus, dū hēc fierent, se in Greco rum ædib.  
occultarat, ibi c̄q̄ se crētō ad quin c̄q̄ dies per-  
mansit. Cūm aut̄ illi ualde metuerent, ne id  
palam fieret, nā publico edicto proclamatū  
fuerat, ut citra morā quoscunq; ex nostris  
apud se haberent, prorūnus deuūctarent, &  
secūs agētibus dira quæcq; ac horribilia mi-  
nabantur) se se dedidit cuidā magistro equi-  
tū, quos illi Sanzacos uocāt, ei c̄q̄ pro liber-  
tate redimenda, summā quingentorum aut̄  
reorū spōpōderat, & secū erat in casīris, ibi  
quē tādiū cōmoratus est, donec illi promis-  
sam pecuniā enumeraret, qđ sanē fuit dua-  
bus & quadraginta diebus ab eo tēpore, ex  
quo, se trāsdegerat. Hāc uero p̄soluit patro-  
cinio, ac ope cuiusdā, q̄ Gallicis negotiato-  
ribus p̄erat, ex c̄q̄ Lepti urbe, se ad castra cō-  
tulerat. Ceterū, & si p̄missam pecuniā illi ex  
pacto enumerārat, nō dū tñ diuiniti poterat,  
qua is decreuerat, hūc secū adducere in suam  
pruinciā, q̄ erat iuxta flumē Euphratē, ac  
ei postea libertatē pollicebatur. Is aut̄, ubi  
hoc p̄senſit, illico de fuga cogitare incēpit.

Cūm

Cū itaq; interdū tenuia prius petita, in op-  
pidū aliquādo accederet, clanculū cōuenit  
cū quodā pīscatore Grēco, ac uterq; noctis  
filētio duob. remis Leniunculū cōscendēs,  
paruoq; carbaso ex duob. induſijs cōflatō,  
Leptim (nec sine summo periculo) pīterue-  
ctus est. Vbi aut̄ ibi aliquādiu occulte atq;  
arcand in amicorū q̄dib. h̄esisset, tandem VI.  
Cal. Oct. Gallicū nauigijū cōstendit, cui no-  
mē erat S. Victor, quod inde Cretā uersus,  
nauigationē instituerat, sicq; in eā insulā de-  
latus est, ac benignissime à locijs exceptus,  
& pīsertim à Latino Vrsino, equite Roma-  
no, qui rū ibi aderat, ueste q̄p (nā sacco indue-  
batur) & pecunijs ab eo adiutus, tandem Ve *Nestor Mar-*  
*netias incolumis puenit, ibi q̄p statim Alois* *tinengus Vé-*  
*sio Mocenico illius inclitē Reip. sapiētissi-* *netias profe-*  
*mo, ac integrissimo Principi, hæc omnia, q̄* *clus.*  
h̄s modò ame de Tamassi expugnatione  
describūtur, bona fide retulisse dicitur. Nec  
sanè à quoq; isti hæc melius cognosci, ac in-  
telligi potuissēt. Hic n. omnib. rebus nō in-  
terfuit modò, sed etiā pīfuit, adeò, ut de hoc  
uerēdici possit illud Anchisiadis. Et quo rū  
pars magna fui. Hūc pīterēa, post omnū fe-  
rē aliorū fata, & calamitosum exitiū, diuina  
bonitas superstite esse uoluit, ut oculatus  
testis, uerusq; nūtiū extarer earum rerum,  
quæ utrinq; acciderunt. Verū, ut quis  
tandem Bracadeni exitus fuerit, cognoscatur,  
idem

idē Nestor affirmauit, illū proximo die Ve  
neris, quem Turci æquē ac nos diem Solis,  
*De calamito-* obseruant, sacrumq; habent, adstante sem-  
so Bracadeni per, ac inspectāte Muskapha, perductū fuiſ-  
interitu.

*se ad loca, quæ hostis oppugnārat, ibi q; sur-  
sum, ac deorsum, sarcinas terreas in quauis  
oppugnatione, humeris ferre coactū, solū,  
quē, quoties iuxta eum transibat, osculari  
iussū, deinde ad mare perductum, & in ca-  
thedra positū, ac super antemnam in subli-  
mē euectum, instar eiconis, omnibus capti-  
uis, & Christianis militibus, q; erant in poi-  
tu, p̄ ludibrio expositū, deinde in publicū  
deductū, ac exutū ueste, ibi tandem crudeli-  
ter uiuū pelle excoriati. In his autē crucia-  
tibus, tanta illum fide, atq; cōstantia se gel-  
fisse, ut nullam uocem patritio, & Christia-  
no indigna, ediderit, & postquam intrepī-  
do animo, ac incredibili fortitudine, steuiſ-  
simō tyrranno perfidiā exprobasset, Dei  
nomen, eiusq; clementiam perpetuo inuo-  
casse, ac ita demūnū ē uiuis excessisse, narra-  
bat. His etiam addebat, ipsius pellem stra-  
mine coniectam, & in quadam biremī po-  
stam, ibi antemnæ alligatam, perq; mari-  
tim am oram Syriæ deuictam fuisse, ut om-  
nibus quam miserrimum spectaculum ex-  
hiberet. Quod aut ad hostiū numerū spe-  
stat, fama est, illum constasse ducentis mil-  
libus*

*Bracadeni  
constantia.*

*Turcarum  
exercitus.*

libus virorum cuiusvis generis, est stipendiarijs fuisse ad octoginta millia, e' prætorianis maximum numerum, qui ex omnibus Ciliciæ, Syriæ, ac minoris Asiae præsidijis, ac etiam nonnulli ex ipsa regiæ educuti fuerat: ex his autem, qui auxilio uenerant, circiter sexaginta millia extitisse feruntur: Quod uero ex his tanta manus accesserit, inde in primis factū esse suspicatur, qm Turcarum dux paulo antè ubiq; diuulgārat; Tamaisū <sup>Famagusta</sup> Gaza, & opibus, Tremitu lōgē præferen- <sup>et nīcypa</sup> dum, ideoq; spe prædictæ allectos, ac etiā id, ob commodi trajecti faciliatē euensis arbitrantur. Quatenus ad pilas ferreas, glo-  
 bosq; attinet, ex his nimis rūm septuaginta <sup>70 dies obfficio</sup> dierum spatio, quibus ea urbs oppugnata <sup>Famagusta</sup> est, centum & quadraginta mille conspe- <sup>quot dies à</sup> ctos, ac enumeratos fuisse dicitur. Ex his <sup>Turcis obfēsi</sup> autem, qui præcipuum locum in castris ha-  
 buerant, hi potissimē recensentur, usq; deliceat Mustapha Turcarum imperator. Callipo-  
 lis, Asiae minoris, Ciliciæ, ac Nicosiæ, cui  
 nomen erat Musafer, omnes purpurati;  
 Præfectus militum prætorianorum, Tripo-  
 lis, Antipi, & Arabiæ, cuius quidem tres  
 numerali sunt, & Sanzacos vocant, Giambelattus Bey, Bellerbetus Græciæ, Ferga-  
 tus dominus Malathiæ, Framburarus Di-  
 uariæ, Mustapha Bey, qui auxiliarijs illi-

tibus p̄erat, & pleriq; alij ex celebrioribus  
quos omnes (prout ex lustratione habita,  
dignosci potuit) circiter octoginta milia  
uirorum comitabantur. Ex his autem in-  
terfecti dicuntur, præfecti Arabiæ, Asiacæ mi-  
noris, Tripolis, Solymanus Bey, Fergatus  
Framburarus, & Mustapha Bey. Ex nostris  
vero insignioribus, qui strenue pugnando,  
interierint, fuerunt. M. Antonius Bracade-  
nus, Astor Baleonus, & Federicus eiusdem  
familiae, Aloisius Martinengus, Eques ab-  
Hasta, legatus, David Nucius, magister ca-  
strorum, Mignanus Pecusinus, Sigismun-  
dus de Casoldo co. Præterea Franciscus de  
Lobi, Cremonensis, Franciscus Troncauili-  
a, Hānibal Adamus de Firmio, Scipio Ty-  
phernates, Carolus Raganascus de Cremo-  
na, Franciscus Stracus, Robertus Malueti-  
us, Cæsar de Aduersa, Bernardinus de Au-  
gubio, Franciscus Bugonus de Verona, Ia-  
cobus de Fabiano, Sebastianus à Sole Flo-  
rentinus, Hector & Bernardus Brixienenses,  
Flaminius Florētinus, Erasmus de Firmio,  
Bartholomæus de Cernolis, Ioannes Ba-  
ptista de Riuarolis, & Ioannes Franciscus  
Venetus. Eorum autem nomina, qui capti-  
vi fuerunt, hæc sunt, uidelicet : Hercules  
Martinengus Comes, cū Iulio Cæsar, Ne-  
stor Martinengus Co. qui tandem aufugit,  
Marcus

Marcus Criuellator, Hercules Malatesta,  
 Petrus de Montalberto, Horatius Vele-  
 trius, Aloisius Pezanus, Iacobus de Cor-  
 bara Comes, Ioannes de Istria, Soldatellus  
 de Augubio, Ioannes Antonius, & Seba-  
 stianus de Ascolo, Salganus Typhernates,  
 Marchio de Firmio, Antonius de Placentia  
 Carlettus Naldus, Laurētius Fornarettus,  
 Bernardinus Cocus, Simon Bagneius, Ti-  
 berius Cerutus, Iosepus de Lanciano, Mor-  
 gantes, Octauius de Arimino, Marius de  
 Fabiano, Franciscus Venetus, Matthēus de  
 Capua, Ioannes Maria Veronensis, & Man-  
 cinus, qui omnes fuerunt centuriones, &  
 bellica uirtute cōspicui. Hactenus h̄c non  
 nisi fere tristia, & luctuosa, nunc uerfa-  
 uice, læta & felicia enar-  
 rentur.

## Nn 2 PÉ,

# PETRI BI-

## ZARI DE BELLO

### CYPPIO, LIBER TER- TIVS, ET VLTIMVS.

Manalis  
armatur  
1571  
J. Seykunbei



Nostrorum  
nauigatio  
Corcyram  
uersus.

Ordo præscri certatum perrexere. At interim classiū pre-  
ptus initinere. facti, ordinem, quo, quisq; militariter in-  
cederet, quemule, cùm in tota nauigatione,  
tum conflictus tempore, obseruaret, insti-  
tuerunt. Hic autem fuit huiuscemodi, ut

Io. Cardonus uidelicet, Ioannes Cardonus, Siculæ clas-  
sis præfectus, ueluti præcursor, uiginti,  
præficius. uel triginta millium interuallo, cum octo  
mire.

Ostri, classe instructa,  
& animis ad certandum  
paratissimis, ex freto  
Mamertino (ut supra  
commemoratum est)  
Messapiam uersus, na-  
uigationē inchoarūt.  
Huc aut̄ prima die ap-

pulsi, peruenere ad promontorium, quod  
uulgò Fossam diuī Iōānis appellat, statimq;  
nonnulli aquatum, plerique ad exciden-  
da ligna, & alijs ad compostanda saxa, quēq;  
usui opportuna forent, summa uigilantia

triremibus anteiret, quarum quidem duas  
à Venetis acciperet, reliquæ ipsius forent.  
Is uero cum huiusmodi nauigij, magna  
cura, & studio reliquis præiret, secumq; pe-  
ritos epibatas, & remiges haberet, ac etiam  
excubatores in carchesij, qui hostium iti-  
nera ubiq; ac sedulò explorarent, ipseq; sin-  
gulis diebus, uesperi, ad octo, uel decē mil-  
lia passuum procul à classe retrocederet.  
Manè autem, rursus eodem instituto, pro-  
grederetur, & secū duas celoces adueheret,  
quibus classem subinde admoneret, prout  
rei occasio postularet. Præterea, ut si quem  
magnum nauigiorum numerum prospe-  
xisset, adeò, ut facile suspicari potuisset, uni-  
uersam ibi classem consistere, protinus in-  
de se ad suos reciperet, récq; indicata, locum  
sibi præscriptum, cum suis triremibus a-  
diret.

Vt Austriacus, Venerius, & Columna, *Principes me-*  
*cum sexaginta quatuor triremibus, & una, dia acie.*  
medium aciem regerent, Auria cum qua- 54 / 101 bireme  
tuor & quinquaginta dextrum cornu, & 54 / 101 bireme  
Barbadicus cum tribus & quinquaginta 53 / 101 bireme  
læuum teneret. Postremo agmini Aluarus 30 / 101 bireme  
Bacianus cum triginta præcesset, quarum 124.740 biremes  
duodecim haberet à Venetis, reliquæ ipsi-  
us præsidio pararentur.

Vt centuriones, ac trierarchi, nautas, &  
Nn 3 propu-

propugnatores, quibus præfessent, ad diuinum numinis metum, ac religionem subinde cohortaretur, eisque persuaderent, hoc bellum in Turcas suscepimus, esse iustum, pium, sacro-sanctum, ipsique Deo gratissimum, & quicunque in eo uicti succumberent, mox ætheream levem adituros, quique a bello superstites forent, sibi in eo fortiter gessissent, illos per amplas opes, magnosque titulos, ac præmia olim consequuturos.

Vt singuli cohortium præfecti, sua nauigia sic apte, ac disposite connecterent, ut inter illa nihil esset spatii relictum, unde hosti aditus pateret, quod quidem haud sine maximo detrimento usu eueniret.

Vt omnes triremes, atque nauigia, iuxta præfatum ordinem disponerentur, idcirco in eorum catascopijs adhiberentur homines periti, & authoritate prediti, qui aciem, ac uitrumque latus ex ordine præscripto ad pugnam instruerent, relicto inter dextrum cornu, medium aciem, & sinistrum latus interuerso, quod trium, vel quatuor triremium capax forer, ut quodus agmen absque ulla difficultate, ac impedimento, hac, & illic, moueri posset, prout necessitas, & occasio daretur.

Vt cū primū hæc agmina in acie collo-  
caretur, eo modo, quo supra dictū est, pau-  
latim

tim in hostem irruerent, maximeq; caueret, ne qua tremis implicita, in alteram impingeret, idq; præcipue ad trierarchum spectaret, ut is hæc omnia sedulo, ac omni studio præcaueret. Quod si seculs faceret, subiçetur illi pæna, qua eum sœn puniendum censerent.

Vt sex naues gradiiores milliari, uel duobus, unumquodq; agmen precederet, adeo, ut omnem eam partem, quæ esset à fronte aciei, pro uirili congereret, idq; facile futurum esset, si hostis de more aduentaret in lunari forma.

Vt Franciscus Dodus earum dux, modis omnibus caueret, ne illa earū latius pcederet, uel à reliquis disiigeretur, quoniā si hoc fieret, nullū plane usum preberent, ideoq; oportere, ut simul adhærescerent, pro ut magis consentaneum iudicaret.

Vt omnes militum præfecti, summa cura, & industria præspicerent, ne quis bellica tormenta disploderet, nisi cum ratio exigeret, hisq; contra hostem uti oportet.

Vt acie utrincip; ad prælium instructa, singuli, cùm nauarchi, cùm reliqui duces, suis militibus conuocatis, eos ad pugnā cohortarentur, easq; causas proponerent, de quibus paulo ante dictum est.

Ut Bacianus in prælio imbecillioris pari,  
magisq; periculis obnoxiae, cum maturo  
præsidio adesset, ac uideret, num etiam ho-  
stis nouissimam aciem pro subsidio habe-  
ret, quotq; nauigijis instructam, ut sibi ex-  
ploratum esset, quid nam potissimum præ-  
staret, hanc ne inuadere, an partem uel co-  
tum, aut eo uires, ingeniumq; conuertere,  
ubi maior necessitas imminenteret. Itē, si na-  
ues, quū plio decertaretur, tā in ppinquo  
essent, ut dimicandi potestas fieret, & secun-  
dus uetus afflaret, hostē ea parte inuaderet,  
qua ei plus dampni atq; incōmodi allaturus  
esset. At si uento destitutæ, tam pcul abe-  
sent, ut neq; propugnatoribus, necq; bellis-  
eis tormēris ulla in parte nostris pdeßent.  
Cæsar Aualus eorum præfectus, uel ipsius  
legatus, operā daret, ut statim quæuis earū  
suā scapham sclopettarijs instrueret, atq; ou-  
mībus armatiēis communitam, ad clas-  
sem transmitteret, uirosq; ad eam rem fi-  
deles, ac peritos eligeret, qui per pup-  
pim ale mediæ aciei adessent, atq; ibi scedes  
ratorum imperiū expectarēt. Ut liburniq;  
ac biremes, q; erant numero quadraginta,  
iuxta puppes triremium ad nauigaret, inq;  
singulis earum, decem ex his, qui gerunt  
minora tormēta, collocarentur, eisq; pbarę  
fidei duces p̄ficerent, atq; adderēt duo ex  
maio-

majoribus tormentis, & initio certaminis  
repente minora nauigia inuaderent, nisi  
forfitan eo tempore aliud in mandatis ha-  
berent. Rebus itaque sic dispositis ac or-  
dinatis, cuncti abitionem parabant: Sed  
quia nondum accesserant omnia nauigia,  
eum quædam ex eis non admodum exer-  
citatos remiges haberent, adhuc iter diffe-  
rebatur. Hora, priusquam diei uesper fo-  
ret, clas sicum sonuit, scilicet plurimi cum suis  
nauigis ad profectionem accingebat, nec  
tamen inde discessum est, idque causa, an con-  
filio, incertum. Interea dum sol ad occa-  
sum uergeret, nonnulli ex sclopetariis sua  
tormenta euacuarunt, nec defuerunt, e per-  
ditorum numero, qui glandes in eis inclu-  
tas euibrarunt, quibus sane circiter sex haud  
mediocriter uulnerati sunt. Manè tribus  
horis ante lucem, signum eundi darum est,  
magnaq[ue] pars somno experrecta. Sed ta-  
men ccelum inalbescebat, nec tamq[ue] ad-  
huc omnes in procinctu erant. Dum au-  
tem paulo post iam uniuersi abiarent, clas-  
sum Imperator ad unumquodque agmen, unum quodque  
tesseræ diuersam ab alijs, qua in signis po-  
sita, facilius dignoscerentur, transmisit, ea-  
que, ut in singulis triremibus apponere-  
tur, iniunxit. Horum, qui medium aciem  
regebant, erat ex coeruleo colore, qui de-

syphnibus

*Gubernatio est  
de suorum dampnorum*

*Tessera missæ  
ab Austria ad*

*unum quodque  
que agmen.*

xtro cornu prægerat, ex viridi, qui finistrum  
 ducebat ex flavo, & qui nouissimum, ex  
 albo. Eodem die sub uesperam peruen-  
 tum est ad Spartuenti promontorium,  
 quod olim Zephyrium fuit, atq; hic pars  
 iuere lignatum, alijs aquatum, & sub nocte  
 iterum è portu exeūtes, duas horas adna-  
 uigarunt, moxq; substiterunt. Sub quartā  
 horam iterum sublati anchoris, uela ex-  
 plicarunt, & usq; ad nonam perrexerunt,  
 moxque nocti secundiorem uentum, sem-  
 per iuxta sinum Salentinum, ad Laciniū  
 promontorium, quod hodie Columnas  
 vocant, navigationem instituerunt, & cir-  
 ca solis occulum ad illud peruentū est, ibi  
 que affuit Ioannes Contarenus, unus ex  
 trierarchis, qui uenerat Hydrūto, quod etiā  
 paulo antea iuerat Marcus Quirinus, & secū  
 alias octo triremes adduxerat, que sexcen-  
 tos milites in supplementū uenierat classis  
 adueherent. Ed uesperi Austrius misit ad  
 Veneriū qui diceret, ipsum aquationis er-  
 go hūc appulisse, ratus eius milites, & nau-  
 ticos uiros aquæ inopia laborare, ideoque  
 nūciaret, se tūc inde soluturū, quū illū op-  
 portunis reb. paratū, atq; instructū cognos-  
 ceret. Is aut protinus missō nūcio, ei signi-  
 ficauit, suas triremes, & nauigia, per spatiū  
 duodecim, uel quindecim dierum, nulla o-  
 pus

pus habere aquatione, ac proinde illum o-  
rabat, ut discessum maturaret, cum præser-  
tim haud exigua melioris temporis pars  
iam esset elapla. Tum Austrius, pergit ille,  
(inquit) & ipse subsequar. Hoc ubi alter  
audisset, confessim ad eum legauit, qui  
diceret, illius esse præcipere, quem, egeros  
anteire, atq; cum hoste configere, cupidif-  
simum nosceret. Cæterum, se haud parum  
uereri, ne quem apud se à consilijs haberet  
alterius sententiæ, ac deinceps nihil ampli-  
us ea de re auditum est. Sub nocte rursus è  
littore soluerūt, ac egressi ex quadam ual-  
lecula, cum uiderent, se adhuc esse sub In-  
sula, illuc denuo reuerti sunt, ibi'q; perno-  
ctati. Vnde uigesima die, primo diluculo,  
flante Aquilone, uela explicuerunt, & us-  
que ad linguam Heraclei promontorij  
ad nauigatum est, cum'q; is uentus remitte-  
ret, quarta hora diei anchoras fundarunt.  
Horis post duabus, tres ac uiginti naues  
rostratas in mari perspexerunt, & cum  
eas nonnulli hostiles putarent, Austrius,  
& Columna, cum tota classe occidua pro-  
tritus acie instructa, misere ad Venerium,  
qui diceret, se uelle ad eas rectâ contendere,  
re, ut scirent, quænā essent, ipse'q; uicissim  
reliquas ex suis triremibus ad se mitte-  
das curaret (numerum aut illius arbitrio  
relinquens)

## DE BELLO CYPRI

relinquebat) & suos interim ad pugnam expediret. Is autem, et si norat, illas ex numero sociorum esse, tamen, ut eius uoluntati morere gereret, Quirinum cum circiter uiginti tremibus ad eum legauit. Ast ubi proprius uentus est, inuenierunt, eas esse partim adriaticas, partim iberas, quae classe a tergo subsequebantur. Hic rursus habita est inter Principes consultatio, & decretum est, ut mitterentur quatuor nauigia uersus Zancynthum, & Cephaleniam, ducibus Baptista Octareno, & Catarino Maripetro, qui hosc itinera explorarent, hiisque paulo post, illuc amandati sunt. Adhac, ut Antonius Canalis, & Cæsar Aualus, mitterentur Callipolim, ad nouum praesidium colligendum, idque citra moram peractum est. Sub diei uesperum singuli discessum parabant, sed quoniam uentus aduersabatur, ibi eam noctem, & proximum diem substittere. Proxima luce sub noctem rursus abire tentarunt: sed compulsi sunt per spatium trium horarum, ibi eandem ob causam commotari, atque anchoras figere, donec secundior uentus afflaret. Interim accidit, ut prætria Melites sis sabulo illisa, non parum incommodi acciperet, ea que tandem opera Quirini, & Ioannis Lauretani (haud tamē sine magna difficultate) in terram educata est,

est, ac etiam instaurata. Dum hic moram  
traherent, appulit catastropium Tamassu  
adueniens, indeq; soluerat duodecimēfīma  
die Iulij, & nono Cal. Augusti, ex Creta In-  
sula. Ex literis Cyprījs ad Venerium alla-  
tis, afferebatur, eam urbem arctissima ob-  
dione circumfideri, hostemque ualde in-  
sensum plurimis oppugnationibus illam  
inuadere, milites ibi iam perpaucos, hosti  
subinde recens præsidium aduenire. ideo-  
que orare, ut sibi præstō adessent, alioqui  
se breui maximo in discrimine futuros.  
Cræticæ autem nunciabant, inde missam  
fuisse Cyprum uersus, liburnicam, in qua  
erant septingēti milites, ducenti cadi pul-  
ueris tormentarij, cum aliquo numero pi-  
larum, aceti duo cadi, coria pro calceis, &  
quædam alia præsidiola, Petrumque Mar-  
tinengum insulares rusticos, qui seditionē  
actumultum excitārant, sedasse. Hi præ-  
rea, qui dicroto aduehebātur, Venerio re-  
ferebant, Selymām classem circa Idus Se-  
ptemberis fuisse ingressam Viscandi sinum,  
ac inde Naupactum uersus, iter statuisse,  
cumq; à nostris uiginti adeo miliib; ab-  
essent, hemiolia Turcica eos infrerente,  
coactos fuisse celeri fuga sibi statim consu-  
lere, & cōtinentem uerius properare, alio-  
qui hostilis præda extitissent, uixq; decem  
milia

millia passuum ab eorum classe distabantur,  
cum se ad terram reciperent, suumque nauigium  
protinus ab hoste fuisse captum, atque  
*Venerius adit* *temporis cum Venerorum dux Aquito-*  
*lo. Austrum.* nē subinde uehementius perlare animad-  
uerteret, ut ceteris etiam Austriacū de his, quā  
sibi nuper aliata fuerant, certiorem faceres,  
eum adiuit, & post uaria utrinque colloquia,  
orauit, ut quoniā Solus aduerlabatur, quo  
minus rectā Corcyram peterent, Cephale-  
niam uersus, nauigationem arriperent, i-  
biq; forsitan aliquam partem aduersę clas-  
sis inuenirent. Ibi tum ab eo, ac reliquis, re-  
sponsum est, ne uitiquam opportunum tē-  
pus uideri, ut se tanto mari committerent,  
quia si tempestas foret immanior, plurima  
nauigia perirent, & clavis ita dissiparetur,  
ut illo anno minimè amplius à quoqua in-  
staurari posset. Igiturē communī consen-  
su, omnes ad promontorium (uuigo capi-  
put Sanctæ Mariæ) indeq; Corcyram uer-  
sus, nauigationem dirigere statuerunt.  
Cūm autē uesperi soluissent, uix duobus  
millibus perrexerant, cum noto refragan-  
te, iterum subsistere coacti sunt, ibiq; inte-  
gram noctem, & proximum diem usq; ad  
solis occasum trāstigere, moxq; flante Au-  
stro, iterum soluentes, ad p̄fatus locū ap-  
pulē-

pulerūt. Postera die, ubi illuxit, Quirinus  
cum decem triremibus Hydruntā petijs,  
ut quasdam cohortes Prosperi Columnæ  
in eis adueheret. Cœlū fuit subnubilū, sed  
paulo post mītior uentus, afflare incepit,  
quod quidē ad nauigatū est, usq; ad promō-  
toriū, quod incolæ Fanū uocant, eoq; Sole  
iā inclinante, peruentū est, ibiç anchoras  
figi iussérunt, & dimidia nox erat, nec uni-  
uersa classis adhuc acceſſerat. Quirinus re-  
dierat: sed Canalis nondum aderat. Hūc  
appulsi, statim operā dedere, ut pāfractū,  
Corcyrei de illorū aduentu cognoscerent.  
Quod ad naues attinet, nihil sāne acce-  
p̄at: sed tamen optima sp̄es erat, in Corcy-  
rā appulisse. Idē quoq; de quatuor triremi-  
bus, quæ ad Zaczynthū prēmissæ fuerāt, ut  
hostium consilia dignoscerent, arbitrabā-  
tur. Tota ea nocte, fuit in mari sāua tem-  
pestas, dirique, ac horribiles fluctus, cum  
ingenti turbine, ac tonitru. Sed nihil  
prorsus detrimenti acceperunt, cūm fo-  
rent in satis tuta & commoda statione.  
Postera luce, cūm uentus prosperior, &  
mare tranquilliū fieret, inde profecti  
sunt, & Sole iam inclinante, peruenie-  
tunt ad portum, qui uulgō Catopus di-  
citur, quo quidem huius multo antē, ac-  
ceſſerat Paulus Ursinus Coreyra pro-  
fectus

fecetus cum triremi Maripetra, ut socijs ob-  
 viam fieret hororis cauſa, eisquē, in quo  
 statu effet ea Insula, indicaret. Retulit, clas-  
 sem Ottomanicā illinc septimo Idus Se-  
 ptembris abiisse, literasque allatas Cepha-  
 lene, quæ nunciarent, illam X V. Cal. Octo-  
 bris Praeuela, quod quidem oppidum sitū  
 est in Actiaco Promontorio, recessisse.  
 Narrabat insuper, quām dirē ac hostiliter  
 sese gessisset, dum per Corcyreū sinum, &  
 loca finitima transiret. Postremō significa-  
 bat, quatuor nauigia, quæ ante biduum  
 præmissa fuerāt, illuc cappulisse, uentoq[ue]  
 refragante, ulterius progredi nequiuisse.  
 Hic, unā pernoctarunt, primoq[ue] crepus-  
 sculo soluerunt Corcyram uerius, & VI  
 Cal. Octobris, uenerunt ad locum, quem  
 indigenæ Butrintum appellant, ibi cōplu-  
 rimi lignatum, alij aquatum iuere, deinde  
 recto itinere Corcyram nauigarunt, eoq[ue]  
 tandem paulo post meridiem appulerunt.  
 Ibi cū ex arce plurima tormenta maiora  
 euacuata sunt, quibus uenienti classi gra-  
 tularentur: At ex nostris, tantum Regia,  
 Columna, & quatuor naues rostratae, quæ  
 insigne nocturnum trium lumen ge-  
 stabant, æneis machinis eos uicissim salu-  
 tarunt. Hic ex illius loci præside, ac reli-  
 quis primatibus, ea quæ Ursinus anteā re-  
 tulit.

20 Septembris  
1571

Christiana  
 classis Prin-  
 cipes Corcy-  
 ram appulsi.

tulerat, uerissima esse intellexerunt. Præ-  
terea inuenerunt, Baptistam Contarenū,  
eo die in aurora cum duabus alijs triremi-  
bus occidiis, ab eo portu soluisse. Hic etiā  
uiderunt, sibi ex numero ducentarum &  
quinquaginta triremium, quinquaginta & unā,  
sex naues gradiiores, ac etiam reliquas na-  
ues deesse. Ex his maioribus, quædā erant  
cum Canali, & Aualo, cum quibus erant  
etiam quadraginta triremes & una, tres i-  
uerant ortū uersus, & septem aliæ, ubi-  
nam essent, ignorabatur. Harum præfe-  
ctus erat, Bartholomus Donatus, & Ber-  
tucius Contarenus, reliquæ autem erant,  
Istriana, Vicentina, Furlana, & duæ occi-  
duæ. Quod ad præfatas naues attinet, nihil  
prorsus comperti habebatur, idq; in ma-  
gnam admirationem eos adducebat. Hic  
ergo paululum substitere, opperientes ea  
nauigia, quæ adhuc ibi desiderabantur. L-  
psa quidem suburbia conspexerūt, omnia  
igne incensa, & uniuersam Insulam fœde,  
ac miserè uastatam, frumentarias moies di-  
rutas, & euersas, ingensq; ibi erat penuria  
commeatus, & aliarum rerum, quarum a-  
limento humana uita innittit. Eo die ni-  
hil actum est, præter uarias gratulationes,  
& mutua colloquia, de diuersis rebus. Po-  
stera luce, quicunq; fuerant ex præcipuis,  
tuere spectatum arcem, præter Austrium,

ac Veneriū, qui ambo in suis nauigīs hærebant. Eo die appulit quædam triremis occidua, quæ ab ortu soluerat, & quoniam rudentes, atq; antemnas perfregerat, cum alijs duabus præire nequiverat. Paulò post meridiem Canalis, & Aualus cū quadriginta triremibus & una, ibidē affuerūt: sed nullius cohortis accessione, quia miles ibi tā repente describi non potuit. Per idē tempus, eodē etiā sex maiores naues appulerunt, & secum uenetas literas Non. Sept. conscriptas, detulerunt. Cūm igitur iā omnia in procinctu essent, singuli ex socijs Principib; seorsim inter se de rebus agēdis consultarunt, quō deinde, cūm simul iū gerentur, ac de bellī sumā inter se constituerent, quisq; facilius pernosceret, quid præcipue fieri oporteret, omniaq; tā in occulto gerebantur, ut nihil omnino, de quibus maturo consilio inter se decernebant, intel ligi daretur. Sub diei extremū, illūc etiam duę alię triremes, ex his quæ captæ fuerāt, & Panhormi remanserāt, peruenérūt. Sequenti aurora, singuli separatim cōueniebant. Quas Veneti à Senatu literas acceperāt, inspexerunt, ac eadē hora etiam alię suoperuenerunt, quæ quidē eodē die perscripτæ fuerant, moxq; ad cōsultationē redierūt. Corcyrae tum cōmunis fama diuulgari cœpit, omniumq; in ore uersabatur, Fa-

magu,

magistram fuisse amissam, & si nullus <sup>intendit</sup> Venerius,<sup>o</sup>  
 nūtius aduenerat. A' meridie Venerius, & Barbadicus ad Columnā profecti sunt, lo Barbadicus  
 goīp & uario sermone īuicē habitō, Au adeunt Colu-  
 striacū etiā adierunt, & secū ad duātū hora- mnd, & Io.  
 rū spatiū cōmorati sūt. Difficulter à quoīp Austriacum,  
 intelligi poterat, quid' nā īter eos agere-  
 tur, cū omnia (ut dictū est) suffio silētio p-  
 cederent. Illud tamē multorū sermonibus  
 ferebatur, Austrīum dixisse Venerio, ut si  
 forte Selyma classis Byzantiū uersus iam  
 pfecta esset, aliq̄ sibi puincā ex eius præ-  
 scripto suscipienda pponeret, seīp illā lu-  
 bēns obiturū, deinde Siciliam cogitare, i-  
 psumīp respōdisse, Leucaden, uel Preuesā,  
 si sic ei uideretur, īuadēdā. Etsi aut̄ reliquę  
 naues notidū cōparuerant, mīnimē tamen  
 illarū aduentū sibi expectādī cēsuere: sed  
 citra morā inde recedendū, ibiīp certis ho-  
 minib. negotiī datū est, ut quamprimum  
 appelleret, nīsi uētus obfisteret, ad se festi-  
 narē, atq; ab eis puluerē tormentariū, bel-  
 licas machinas, numero circiter quinqua-  
 ginta, & nōnulla mīnora tormēta sibi dar-  
 petierūt, quæ sanē omnia benignē impe-  
 trarūt. Qui Corcyre prēterāt, sub capitī pē-  
 na sanxerūt, ne q̄s aut Venetias, aut aliō ul-  
 las literas, in quib. uel minima de classe fie-  
 rectmentio, exarāret. Cūm autem īterea

O . 2 rumor

rumor diuulgaretur, Caracosium cū octo-  
decim trīremibus Aulonem appulisse, ut  
ibi nauticum panem confici iuberet, illūc  
exemplō Canalem cum duabus nauibus  
rostratis, qui hoc sedulō exploraret, mitte-  
re decreuerunt, et si postea rem ita se habe-  
re inueniret, confessim ad eos unam ex his  
legarer, qua de toto negotio certiores sic-  
rent, ipseque modis omnibus prospiceret,  
nē quā subterfugeret, eumq; si illinc egredi  
tentaret, quām primū adoriretur, sequi  
mox præsidio aduenturos, ut illum, & Ap-  
polloniam simul inuaderent. Cæterū,  
dum in ea cogitatione uersantur, illūc for-  
tē appulerunt quatuor aliæ trīremes, quæ  
amissæ putabantur, quarum una, nomine  
Vicentina, iuxta Aulonem fuerat, eaq; re-  
tulit, à se nullum ibi hostile nauigium in-  
spectum, indeq; factum est, ut Canalis eo  
itinere supersederit. Venetus, trīremem  
uulgò Furlanam, de qua suprà dictum est,  
eo quod milite, ac utilibus rebus caruisset,  
suis armamentis denudari, ac in portū re-  
linqui iussit. His rebus confessis, iam sin-  
guli sese ad profectiō nem parabant. Qui-  
bus deerat commeatus, illum sibi prospili-  
ciebant, parsq; lignatum, alijs ad aquatio-  
nes ibant, moxq; omnibus imperatū est,  
ut quisq; suum nauigium concenderet,

quia

quia classium præfectus eo die illincabitio-  
nem pararet. Is ergo duabus horis, pri-  
nsquam nox aduentaret, cum potiori par-  
te suarum tremorum est statione soluit. At  
Venerius, quia superiori die mille frumenti  
modios, in maiores naues inuehi iuss erat,  
nec id negotij tam mature perfici potuit,  
suum discessum in diem proximum distu-  
lit, atq; interim ad Senatum, & Pontificem,  
literas mittendas curauit, & postera die ad  
socios nauigationem instituit. Iam igitur  
omnes conuenerant, preter Canalem, qui,  
ut decem nauigis, quæ tum ibi reficieban-  
tur, præsidio adesset, eaq; comitaretur, par-  
uulam moram iniecit, moxq; cum illis ad  
classem properauit. Primo uniuersi Leo-  
dicens petiere, ibiscq; alijs, alias res parare,  
deinde à meridie illincabeentes, circa solis  
occasum peruenierunt Leucimam, specie,  
atq; amplitudine insignem portum, qui  
Corcyrae quatuor & uiginti milliaribus  
distat. Hic maxima lignorum, & aquatio-  
nis copia inuenta est, & citra ullam suspi-  
cionem Turci iuxta, & Macedones, pluri-  
mo commeatu nostros adiuuarunt. Inter-  
im singulæ classes ad aciem, perinde ac si  
hostis in conspectu adesset, instruebantur,  
& nonnulli uel dolo, uel imprudentia, pi-  
las e minoribus tormentis euibrarūt, qui-

bus circiter sex eorū, qui erant in grandioribus nauibus, interempe sunt, quod sancti Veneti quām egerrimē tulerunt. Hisdem diebus Andrada, Cōtarens, & quidā alij, qui paulo antē cū speculatorijs nauib. premissi fuerāt, Zacynthio reuersi, nunciarūt, Selymianā classem, Corynchiacum sinum iuxta Naupactum ingressam esse, ac misse Coronem nonnulla nauigia, in quibus erant plurimi ægroti, ut inde recentes milites adueherentur. Dum ita res geruntur, Auria <sup>Auria et classem</sup> perlustrat. Auria è sociorum iussu classem perlustravit, censum q̄d nauigiorum habuit, atq; omnines ad aciem disposuit. Hæc ubi pecta sunt, clarsiarius miles Principem Austrum uarijs tormentorum bombis lətabundus, atq; instar ouanti salutabat, cīq; applaudebat. Tum Venetus ei per nuntium significauit, tantam sulphurei pulueris emissionē sibi suisq; magno detrimento esse posse, & pindè admonebat, ut hoc sentē ueniretur, & belli ratio id exposceret, maxima huius rei pernecessariæ in opialaborarēt. Præterea illū uehemēter rogarat, ut maturius p̄grederetur, ne huiusmodi p̄latatiōe inimica uictoriæ, pugnādi opportunitas aufugeret. Hæc ubi Austrio amiser significata sunt, statim publico edicto sub

sub capitibz pæna omnibus iniunctū est, ut  
quiuis in posterū ab huiusmodi disproprio-  
ne abstineret, donec in hostē illo uti ope-  
teret. Discellum quoq; maturabat sed pri-  
ter. Quidam His-  
pani à piratis  
ùs classem his rebus, quas bellī ratio requiri-  
rit, denuò instruī uoluīt, dumq; his inten-  
ditur, quidam Hispani, cùm forte longius  
à suis progressi essent, à nonnullis ex Græ-  
co, ac Turcico genere, qui erant in myopa-  
rone, de improviso abrupti sunt. Ut primū  
in castris ea res innotuit, è uestigio ducenti  
ex ea natione piratas insecuri sunt, cumq;  
horum neminem inueniret, paulò ulterius  
progressi, quædam mapalia Macædonica  
procul à mari duūm millium interuallo,  
prospexerunt, eaq; statim, ne inulti rece-  
derent, combusserunt, moxq; ad socios  
remigrarunt. Non est autem hic silen-  
tio prætereundum, quod eodem die acci-  
disse narratur. Cùm enim Venetus cum  
sua classe portu egredetur, aciemq; in-  
strueret, & suos (ut cæteri) ad pugnam pa-  
raret, quidam cohortiū centurio, cùm cir-  
citer quinquaginta Italicis militibus, ex  
eorū numero, quos illi Austrius paulò an-  
tè accommodarat, cùm forte fortuna es-  
sent in triremi Calergi Retimi, postquam  
acribus uerbis mutuò disceptassent cum  
his, qui erant in eodem nauigio, arma-

Quædā mi-  
litaris seditio  
in triremi ue-  
neta.

corripuerunt, parsq; interempti, & plerique uulnerati. Hoc ubi Venerius rescivit, statim illuc misit uatum ex suis praefectis, cum duabus cohortibus, qui concitos milites placaret. Ast illi omnes ludibrio habiti sunt, & minis, uerbisq; contumeliosis excepti, nec ulla iubentis auctoritate permovebantur. Itaque ad eum reuersi, rem omnem, sicuti cuenerat, uerbis enunciaverunt. His auditis, continuo ad eos maris praefectum, cum quatuor cohortibus legauit, qui dissidiij authorem, ac reliquos eiusdem factionis homines, apprehensos, ad se quamprimum perduci iuberet. Illi autem supplicium ueriti, & amirantem, & qui cum eo uenerant, tormentorum glandibus a se arcebant, hisq; signiferi socium occidere, quendam alium sauciavunt, & q; etiam ceteris praeverat, haud mediocri uulnere percussus est, idq; factum est Venerio comminus inspectante, qui confessim ad eum quosdam auxiliares milites praesidio transmisit. Cum uero, nec etiam horum interuentu quicquam effici posset, statuit impensem contra eos proficisci. Vbi ergo illic peruenisset, summis conatibus triremem undiquaque oppugnauit, hicq; primo parua manu contra plurimos fortissime dimicarunt. Atqui cum diutius resistere neque-

nequirent, plerique illorum cæsi sunt, & Dissidijs au-  
qui erant primarij, omnes capti, atque ad thores capti,  
Venerium perducti. Ex his autem fuere ac suspensi,  
in primis ipse met author seditionis, eiusq;  
Legatus, signifer, & quidā alij, qui omnes  
iudicio cōuicti, suspensi sunt ad antemnā,  
ibiq; in omnium conspectu eorum cada-  
uera per horam, & amplius, affixa pepen-  
dere. Cæterū, et si omnes id iure factum  
adserere, nemoq; imphare auderet, nec e-  
tiam fecus ab eo fieri potuisse diceret, clas-  
sium tamen præfectus id quām egerrime  
tulisse uisus est, ratus hanc necis sententia  
ad se potissimum pertinere, cum præser-  
tim illi forent ex suis militibus. Ea nox ab  
omnibus haudquam sine metu, ac su-  
spitione transacta est. Hispanus quidem  
integrā ferè noctem cū his, qui sibi erant  
à consilijs, cum trierarchis, & alarum cen-  
turionibus, consumpsit in his deliberan-  
dis, quæ à se fieri oportebat. Contra, Ve-  
nerus hoc idem cum suis diuīsim agebat.  
Sed posteā nihil omnino aliud secutū est.  
Proxima die, omnes diluculo surrexere, to-  
tamq; aciem, ac si cum hoste mox confli-  
gendum esset, eo modo, quo antea, instru-  
xerunt. Principes antē se duas ex grandio-  
ribus nauibus habebant. Auria uero duas  
in cornu dextro, acto tñdem Barbadicus in

Oo 5 altero,

*Duces maiorum nauium.*

altero, quæ in ipso certamine præierent, illisq; dum hostis inuaderetur, auxilio adfissent. Harum nauim aciem regebant Franciscus, & Iacobus ex Doda familia, dextru latus, Andreas Pisaurus, leuum autem, Antonius & Ambrosius Bracadeni, & singulæ, octoginta militares machinas uehebant. Dum acies regia hoc pacto exornatur, en repente liburnicam ab ortu uenientem conspicantur. Ibi tum Aualus sua triremi hanc uersus properè contendit, moxq; illam Zaczyntho profectam esse animaduertit. Qui hac uehebatur, illius Insulæ Prætoris literas ad Venerium afferebat, in quib. narrabatur, se ex quodam Byzantio captiuo, nec infimæ conditionis uiro, accepisse, duodecimo Calend. Octobris, in sinu Corynthiaco, ad centum & quinquaginta triremes, & pleraque alia nauigia diuersi generis conspecta, & paucis ante diebus Occhialim cum quinquaginta triremibus, ac etiam tribus nauibus, quas paulò ante à nostris abripuerat, inde pedem retulisse. Hæ literæ fuerunt perlatae ad Hispanum, qui, ubi eæ inspexit, cum examine illius Byzantini, quod unum cum literis ab eo præside mittebatur, utrumque protinus ad Venerium remitti iussit. Eo die peruentum est ad locum,

*quem*

*20/13 fey. b  
1571*

quem incolæ Caput album vocant, iuxta Cephalene, semperque militari ordine incedebatur, & Auria ex una parte, Aloisius Rechezenius ex altera, subinde aciem disponebant, atque ordinem, qui ab unoquoque obseruandus foret, sedulo preſcribebant. Porro, ut singula nauigia in suis locis collocarentur, nauigatum est antemnis ad medium mare demissis, tametsi Eurus perflabat, idemque proxima nocte, ac sequenti die factum est, nec sine aliqua sociorum dissione, ob ea quæ in portu Leucimio euenerant. Austrius de Venerio parum ~~similat in~~, amanter, ac honorifice, tum loqui, ac ter Austrium sentire uidebatur. Hunc enim nec, uti & Venerid, antea, suo nomine appellabat, nec etiam ~~veneri in eis~~ amplius ad eum quicquam ex suis miti-~~bus defrox leg~~ tebat, eodemque animo Columna in eum affectus putabatur. Quarto die, cum semper iuxta Leucadem ad nauigassent, (hæc autem duabus horis, antequam dici uesper foret, ab eis prospecta est) ad portum, qui uulgo Viscardus dicitur, peruenere, uixque huc appulerant, cum subito hemiolia cretica presto fuit, cum literis, quas illius loci Epachus ad eos misserat, in hisque significabat,

Tamas.

9 Augusti anno  
1571  
geprüft  
1571

**Barbadicus**  
mittitur ad  
Columnam.  
**Conciliatio**  
inter **Austriū**

& **Venerium**

Tamassum à Byzantinis tandem, ubi triduum præsidarius miles tormentario puluere, ac reliquis rebus necessarijs caruisset, nona die Augusti deditione occupatam. Item referebat, Turcas, ubi oppido potiti essent, nemini fidem seruasse: at in omnes promiscuè diro achorribili exemplo immanitatem exercuisse, præsertim uero in Bracadenum, & quosdam alios celebrioris famæ. Præterea, res Cretenses haud prosperè succedere, ingensq; ab hoste periculum instare, nisi matura ope insulanis præsidium afferetur. Hæc, atque alia huiuscmodi ex his literis nuntiabantur. Quæ ad eos de urbe Tamassi perlata sunt, prius ab Austria, alijsq; Proceribus, qui erant in occidua classe, perlecta fuerunt, ideoq; celari nequiuerant. Interea Veneti sedulò inter se agere, ac statuere, multaque secum uoluere, præsertim ob huiusmodi contentiones, ac dissidia, quæ sibi cum Austria exorta fuerant, ex que communi consilio missus est Barbadicus ad Columnam, qui sua authoritate ac prudenter intercederet, atque alterum alteri conciliaret. Per hunc tandem res omnis biposthac nihil foret negotij cum Venetio. Ne autem Christiana Respublica sicciorum

ciorum dissensione quicquam detrimen-  
ti, atque incommodi acciperer, acquieuit,  
ut subinde conferret cum Barbarico, quæ  
in consultationem caderent. Venetus in-  
terea maiorem nocturni temporis partē,  
super his quæ audiuerat, separatim cum  
suis transigere, quæque tum socijs propo-  
nenda forent, ad belli rationem spectan-  
tia, decernere, maiorque pars constituerat  
oppugnare Rhium & Anthitrium, arces  
Naupacti, moxque in eo sinu hostilem  
classem adoriri. Ea nox ita peracta est.  
Quarta uigilia surrexerunt, & quinta die  
cum uento refragante, ulterius progredi  
nequíreant, ad uallem Alexandriæ, qua-  
draginta duntaxat milliaribus uersus lit-  
tus, quod Samos appellant, distante, u-  
nanimes peruererunt. Hic reguli inter se  
conuenierunt, uidelicet, Iberus, Pontifici-  
us, & Barbaricus, qui, tametsi proponebat  
quod sui antea inter se deliberarent, diffi-  
cultur conclusum est, ut in locum, quem  
Petalam uulgò appellant, iretur, indeque  
ducentæ ac duæ triremes, ex potioribus,  
ad eas arces inuadendas mitterentur, eas-  
que, si facile à se expugnari posse & cōfide-  
rent, quamprimum inuaderent, ac hosti-  
bus decerandi potestatem facerent. At si  
ipſi pugnam detrectarent, eaç p̄tuincia  
frustra

frustra suscipi uideretur, statim retrocederent, & communis prius Zacyntho, ac Cephalene, missisq; Cretensibus præsidio, se tandem ad hyberna recipere. Id autem ab occiduis propterea dicebatur, quia (sicut fama sparserat) commeatum, tatummodò usq; ad finem Octobris habebant. Hic nautæ, ac remiges aquati sunt, cum eastrum plurimum indigerent, & præsertim gradiores naues, in quarum singulis, præter bellifica tormenta, plusquam sexcenti aduehebantur. Ea uero, quæ de Tamassu acceperant, per celocem Hydruntum uersus, illæ ad Venetos transmitti curarunt. Hinc etiam soepius recedere tentarunt, nec unquam id aut quinta, uel sexta, sed solummodò sub tertiam noctis horam, fieri posuit, eaq; tandem uento leniter afflato, solverunt, perq; totam noctem remigatum est, ut ad eum portum perueniretur. Primo diluculo ad Insulas Oxias, & Echidas appulerunt, atq; ita sensim procedebant. Interim clavis aduersa, quæ tum temporis iuxta Naupacticum sinum nauigabat, de nostrorum aduentu certior facta est, quia Turcarum Imperator multos iam corycæos hæc, illæc præmisserat, qui nostrorum itinera maturè ac sedulò explorarent. Inter alios autem Caracolius

fuis, classium præfecto, suam in ea re ope- *Caracofius*  
 ram pollicitus est, idcū solo myoparone, explorat Chri-  
 tanta celeritate ac solertia perfecit, ut licet stianam clas-  
 nostræ classi quām maximē uicinus foret, *st. m.*  
 nihil tamen incommodi acciperet. Mox  
 itaq; ad suos reuersus, q̄iæcunq; diligentí  
 obſeruatione oculis perlustrarat, fidelissí-  
 mē retulit. Cæterum, uel præpropera  
 festinatione, qua uſus est, uel quia (quod  
 sanè multò credibilius est) nauigia quæ  
 fuerant in finistro cornu, cum Insulam  
 à tergo habent, à ſe haud commode  
 proſpici quiuerant, eorum numerum lon-  
 gè minorem, quām reuera extiterat, af-  
 firmauit. Proinde nauarchus, eti non  
 nulli ex proceribus, reit⁹ naualis quām  
 peritissimi, hoc ei multis rationib⁹ diſ-  
 faudebant, ſibi tamen penitus in animum  
 induxerat, nostros inuadere, ac dicebat, ita  
 ſibi à Selymo iniungi ac præcipi, ſe'q; mi-  
 nimē vereri, quin ipſe, inſra paucas horas  
 certa & sperata uictoria potiretur. Dum  
 hæc fieret, Nonis Octobris, & paulò post  
 meridiem, duo catascoptia, quæ nostri pre-  
 miserant, properè accurretunt, indicantia,  
 Ottomanam classem finum Naupacti-  
 cum ingressam eſſe, recta'q; ad nostram  
 contendere, iam'q; haud procul abesse;

Hoc

*Præceps Au-* Hoc ubi auditum est, ac præ certò cogniti-  
*strius classem* tum, Austrius cùm ex animi sui uirtute,  
*instruit ad* tūm quoque sociorum, ac præcipue Bar-  
*bellum.* badici precibus ac persuasione impulsus,  
 continuo uexillum, quod erat signum fu-  
 turi prælii, erigi iussit, moxq; ut classis in  
 unum cogeretur, maximum quoddam ex  
 præcipuis tormentis euacuari, deinde alia  
 signa extendi, in quorum primo inerat i-  
 mago Seruatoris crucifixi, in altero Dei-  
 paræ matris, & in postremo sociorum in-  
 signia cernebantur. His peractis, actua-  
 riū nauigium condescidit, & secum ha-  
 buit Ludouicum Cardonum, & Ioannem  
 Sotum, qui sibi erat à Secretis, totusq; ni-  
 ueis & candardibus armis, undiquaque  
 præfulgens, classem lætissimo uileu, ma-  
 ximaq; animi firmitudine circumiuicit, &  
 præcepit, ut quisque suum signum seque-  
 retur, ordinemq; seruaret, moxq; trierar-  
 chos, ac milites hortatus est, atque orauit,  
 ut fortiter ac strenue dimicarent, seiq; sci-  
 rent, eo die diuitias, decus, gloriam, patriæ  
 libertatem, fidemq; ac religionem, in suis  
 dextris portare. Quocircà parati, inten-  
 tiq; forent, signo dato, Turcas inuade-  
 re. Illum diem, si uicissent, perpetuam  
 sibi, suisque fœlicitatem allaturum.  
Contra

*Don Janus*  
*adhortation*

Contra uero', si turpiter ac inglorie se ges-  
sissent, bello' p succubuisserent, perennis igno-  
miniæ omnis' q calamitatis initium fore.  
His, atq similibus uebis, omnium animi,  
licet ante sponte incitati, magis magist' p  
accensi sunt, & iam quisq immenso pu-  
gnandi desiderio flagrabat. Vix autem di Bonum omen  
ci potest, quam pro fausto, ac felici omni'e *Victoriae* in  
habitum sit, quod singuli eo inspecto, ap. classe Chri-  
plaudere, ac etiam exclamare incooperant, *siana*.

*VICTORIA*, & hanc uocē subinde in-  
genti cum alacritate ingeminabant. His ce-  
leriter confectis, denuo ad regiā se recepit,  
eo serè tempore, quo utraq acies uix unius  
ictu teli in uicem distabat. Quoniam uero'  
nonnullæ triremes ad locum capiendum  
paulo segniores uidebantur, statim ex eadē  
regia egressus est Aloisius Rechezenius, &  
l'ntreolo aduectus, hoc idem ex sociorum  
iussu singulis mandabat, mox' p ad Princi-  
pem reuersus est. Mediā aciem, in qua e-  
rant sexaginta duæ triremes, tres prætoriæ  
tutabantur, & medium locum Austrius te-  
nebat. A' dextro latete ibat prætoria Pon-  
tificia, in qua erant Columna, illius præfe-  
ctus, ac Pompeius eiusdem familiæ, Roma-  
garius, & Michaël, Pontificis nepos, cū ple-  
risq alijs nobilibus uiris. A' sinistro erat  
Venerius, quem plurimi fortes ac nobiles

Pp uiri

*principes prius  
huius praefectus*  
 uiri comitabantur, atq; hanc breui spatio  
 interiecto: sequebantur prætoriæ Chata-  
 rini Maripetri, & Ioannis Lauretani, pond-  
 aderat prætoria Ligurica, in qua erat prin-  
 ceps Parmæ, ac prætoria Sabaudiæsis, cu-  
 ius trierarchus erat Lignius, genere, ac bel-  
 lo præclarus, eacq; Vrbini princeps aduehe-  
 batur, & alæ mediæ aciei ex una parte à Me-  
 litensi prætoria, cui præerat Petrus Iusti-  
 nianus, uir impiger ac strenuus, claudeban-  
 tur, ex altera uero Lumilina, in qua erat  
 Paulus Iordanus, egregia uirtute insignis.

Singuli prin-  
 cipes, ac mili-  
 tum præfecti.  
 suos adhor-  
 tantur ad  
 prælum.

Dum Austrius, quæ suarum erant partiū,  
 alacriter, ac sedulò perficit, nihilq; proflus  
 omittit, quod ad uerè magnanimum & præ-  
 stantem heroa pertineret, reliqui locq; ac  
 trierarchi, suis itidem ex autoritate intin-  
 gebant, ut se ad signū reciperent, & ne quis  
 ab loco discederet, seçq; singuli ad bellū to-  
 tis animis pararent. Præterea quisque illo-  
 rum suos cohortatus, proponebat in me-  
 dium quæcunq; ad inflammados militiū  
 animos ualerent, nihilq; ab eis prætermis-  
 sum est, quod quidem ad boni ducis offi-  
 cium spectaret. Interim ab uno quoq; sum-  
 mis uotis ac præcibus diuinum, pro rebe-  
 né gerēda, numen imploratū, deinde sum-  
 ptum est breue ientaculum, & ipsi quoque  
 nautæ, ac remiges, cibo, ac potionē refecti,  
 moxq;

moxq; uniuersi ac singuli sese prōptis, p-  
ratisq; animis ad certamen instruxere. Me-  
diam aciem due ex maioribus, ac firmiori-  
bus nauibus præcedebant. Auria, quē de-  
xtra cornū præfectum ostendimus, habe-  
bat quatuor & sexaginta triuies rostratas,  
& duas itidē ex maiorib. q; illū anteīrēt. Si-  
nistro cornū Barbadicus cum tribus & qn  
quaginta triremibus præerat, eūj; duo uti-  
cissim ex grandioribus nauibus pro præ-  
fido dabantur. Bacianus autem, à quo no-  
uissimum agmen ducebatur, s. mimillari  
ab acie cum suis nauigij; consistebat. hæc  
fuerant duodequadraginta triremes. Ut  
aut̄ fœlici euentu armis pugnaretur, diui-  
na in primis ope, ac singulari prouidentia  
contigit, qua effectū est, ut uentus, qui eo-  
rum classi maximē initio fauebat, paula-  
tim remitteret, moxq; tāta malitia, & trā-  
quillitas ibidem subsecuta est, ut uix loco  
moueri possent, adeo, ut eorum nauigia re-  
mis propellerentur, nostrisq; interim plus  
spatij, & commodi datum est ad aciem in-  
struendam. Turcarum dux, post Caraco-  
sum, duos etiam præmisserat, qui olim ca-  
pti, ad Mahometi sacra defecerant, hiq; ce-  
loce adiecti, nostrā classē, ac régia uexilla  
diligēter, atq; accuratē obseruarūt, & subi-  
tō reuerſi, nūtiarūt, eā omnino ualidissimā,

Pp 2 optimēq;

optimeqe signis erectis, ad praelulum instru:  
ctam atqe paratam fuisse. Hoc autem, ut pri-  
mum audiuit, ualde admiratus est, quippe,  
qui in animum sibi iam penitus induxerat,  
idemqe sibi a Caracolio narratum fuerat, il-  
lam longe minorē esse, ac proinde nostros  
ad eorum aduentum illique recessuros, tur-  
pic fuga sibi salutem quæsituros putabat,  
uel si configere ausi essent, insigni clade af-  
ficiendos. Percunctatus quoqe dicitur, quæ  
nam forent ea nauigia, quæ in fronte loca-  
bantur, adriaca' ne, an occidua, cumqe respō-  
derent, hęc cum prioribus admixta, summe  
indoluisse fertur, idqe primo uix unqe fieri  
potuisse existimārat. Prius cuti anteā dictū  
est eorum imperatore sic iubente, in Rizo-  
nico, uel Corcyreo, aut Cephalenio sinu hy-  
bernare constituerant : Sed postquam rei  
naualis praefectus audierat, ac pro certō co-  
gnōrat, nostros oppulentissimam classem  
exornasse, continuo in Græciam reuersus,  
in Corinthiacū sinum inuestus est, & cū in  
Achaia, tūm Peloponneso nouas militum  
cohortes describi iussit, hisqe mature in clas-  
se impositis, eaqe nouo commeatu, alijs op-  
portunis rebus denud instructa, cum reli-  
quis cohortibus, quas prius habebat ex  
prætorianis, euocatisqe militibus, Echina-  
das uersus, que pari ferè spatio à Naupacto  
& par

& Patriis distant, profectionem instituit eo  
cōfilio, ut nostram omnino inuaderet, eoque  
magis in hac sententia confirmabatur, quod  
magis ex uerbis Caracostij, suam classem lo-  
gē maiore intellexerat. Itaque primo omnes  
gestire, certamque sibi uictoriā polliceri, tan-  
taque omnes pugnandi cupiditas incesserat,  
ut quisque reliquos praeire cuperet, licet sub  
capitis pæna prohiberetur, si quis regiam  
prætergressus esset. Erant igitur instar den-  
fissimi cuiusdam nemoris, & uix à prælio  
cohiberi poterant, cumque nostros impigre  
atque animosè progredi animaduerterent,  
summaque animorum alacritate ad pugnam  
procedere, ac unumquenque rostris in eos  
directis, militari disciplina, & pulcherrimo  
quodam ordine signa sequi, statim, & ipsi  
mira quadam solertia, & celeritate suam  
classem explicare incœperunt, eoque magis  
uictoriam animo conceperant, quo uentus  
initio eorum coepitis (ut dictum est) quam  
secundissimus extiterat. Quoniam autem  
Phæbæi radij, qui eo die lucidissimi enite-  
bant, illorum oculos à fronte feriebant, nō  
ita commode atque aptè sua nauigia ordina-  
re, ac disponere quiuerunt. Partaus, & Ha-  
ly, qui medium aciem ducebant, dextro la-  
teri præfecerunt Mahumetum Bey cum  
**L**V. tritemibus, & cum illo erant Sirocus

Pp 1 præ-

præses Alexandriæ, Caurlaus, Aſſcaus,  
Dragan, Agadelus Bassi, Vſtresagà, plu-  
resq; alij ex celebrioribus uiris. At ſinistro  
cornu præterat Occhial cum fere' X C. na-  
uigij, & illum comitabantur Caracciolus,  
& Arabeus, filij eiusdem Occhialis, Cara-  
gialus, Carabiuus, & plerique bello exer-  
citati milites, ac etiam plurimi ex piratis,  
rectaq; in Aurianos ferebantur, quorum  
quidem ala eis multò firmior, & ipla quoq;  
nauigia multò ampliora uidebantur, idq;  
ſiebat, quoniam hæc erant in plano æquo,  
re (nanq; Auria, horum plurima remulco-  
trahi, & in altum produci iuferat, ut ca-  
teret uigia commodius extenderentur,  
& quisque suum locum caperet) quæ  
uerò fuerant in ſinistra parte, haud pro-  
cul à continentí locabantur, & proinde  
ſpectantium oculos falcebant, cum ſingu-  
la primo alſpectu conſpici nequieren-  
t. Iphi-  
uerò Principes totidem fere' nauigij u-  
trinque muniebantur, erantq; (ut dictum  
est) Haly & Partaus. Ex inſignioribus  
autem, qui hos comitatū ſunt, hi extitere,  
uidelicet Agan Naualium præfectus, Mu-  
ſtapha Celibi quæſtor, Tramontana, A-  
math Bey' cum eius fratre, Haly filio, A-  
math Aga Eparchus Teuthraniæ, Aſsis  
Caigà, prætor Gallipolis, Caracosius,  
Cam-

Cambaeus Ariadei filius, Malamur præses  
 Mitileneus, Deli Solymanus, Gider Chn  
 præfector, Cassambeus Rhodi Eparchus,  
 Prouius Aga Nauplius præses, Giapar  
 Cilibi Calabæ prætor, Dardaganus, Don  
 domenius, Beribeuolus, Osmanus Reul,  
 Agada Ciasafer, Dramus Rays, alijçp com  
 plures cum opibus & authoritate, tum rei  
 militaris virtute conspicui. Hostes itaque  
 cum nostros ( quod sane illis præter omnē  
 expectationē accidit ) ad strenuè cōfligen  
 dū expeditos atq; alacres uiderunt, statim  
 seipsos in star lunaris formę, sicuti apud eos  
 cōsuetudo inualuit, ad certamen instruxe-  
 rūt. Turcarū dux omnib. ac singulis ex Se- Selymæ classis  
 lymi mandato q̄ seuerissimè iniūxit, ut q̄l- præfector acie  
 que aduersus inimicā classē intrepide, ac instruit, eosq;  
 fortiter dimicaret. Si quis aut̄ socordia, me ad pugnam  
 tu, uel aliqua alià de causa pugnā deseruī- cohortatur,  
 set, is, eiusc̄p nauigiū, & qcunq; in eo essent  
 ptinus igne absumerentur. Interea (ut no-  
 stri agebant) præcepit, ut singuli ad suos  
 ordines confessim se reciperent, eosq; uile  
 tuerentur, graui pœna seculis agentibus  
 constituta. Insuper concione habita,  
 suos uicissim adhortabatur, & monebat,  
 ut essent memores pristinę uirtutis, qua to-  
 ties eundē hostē hactenus fugārāt, eisq; in  
 memoria reducebat, quęcūq; superioribus

annis, regnante Solymano, in Carolum V.  
& postremo in eius filium, preclarè gesserat.  
Præterea brevibus repetebat, quæ in Venetos uarijs temporibus egissent, quæc nuper  
bello atq; armis consecuti essent, ut uidelicet  
uniuersum Cypri Regnum Ottomanicæ  
ditioni adiecerint. Igitur meminisse  
deberent, sibi modo cum his etiam dimicandum,  
quos iam toties profligassent. Illum  
diem, si hostilem classem deuicissent, sibi a-  
ditum non adeò Italæ, sed etiam breui ad  
totius Europæ possessionem allaturum.  
Sic autem uincerentur, miserum exitium, ac  
perpetuum dedecus eos manere. Proinde  
fortissimis animis certarent, atq; confide-  
rent, Deum, & Mahometum, quorum au-  
spicio tot regna & prouincias eorum maio-  
res, duces incliti, subegerunt, totq; insignes  
victorias ex hoste fuso reportarunt, sibi etiā  
hoc in plio affuturos esse. Hæc ille, multalq;  
huiuscemodi non minus graui, quam diser-  
ta oratione, suis proponebat, quo, et si ultrò  
ad pugnam acriter accensos uidebat, his co-  
hortationibus magis magisq; accederetur.  
Ipsi etiam trierarchi, ac centuriones ad idē  
agendum reliquos incitabant. Iam ferè di-  
midium diei processerat, cùm acies utrinq;  
ad certamen parabatur. Hostilis eodem fe-  
re ordine instructa nauigabat. Nam &c acies  
media

media in nostram contendebat, & cornua 1571  
 cornibus opposita agebantur. Nostram  
 classem (ut dictum est) sex maiores trire- *Maiores na-*  
*mes precedebant, ex quibus binæ singulis ues quomodo*  
*cornibus tāquam tutissimum propugna- ad nauigabat.*  
*culum assistebant, reliquæ uero medium*  
*aciem præibant. Hæ, dum in aduersi agmi-*  
*nis, duces impetum sacerent, bellicis ma-*  
*chinis hostem undiquaque uerberare, ac*  
*horribili strage afficere. At byzantini, eti*  
*plurima damna inde acciperent, & dissi-*  
*patos ordines uiderent, tamen admirabili* *G... H... 111*  
*quadam pertinacia, & animi fortitudine* *..al. 5.*  
*illas prætergressi, se illico ad signa recipie-*  
*bant. Mox itaque ad pugnam uentum est, Vtriusq[ue] acie*  
*ac prætoriæ utriusque aciei, usq[ue] maxima congressus.*  
*nautarum, & remigum alacritate, utrinque*  
*tanta ui concurrerunt, ut rostra ex utraque*  
*parte discussa, & fracta conciderent. Acri-*  
*ter, uariè que ad integrum horam dimica-*  
*tum est, & conflictus ita gerebatur, ut neu-*  
*tram in partem inclinaretur uictoria, cum*  
*Fortuna interdum nostris, modo aduersa-*  
*rijs letam prosperi eventus spem præbe-*  
*ret, iamque non amplius telis, uel tormentis,*  
*sed gladijs districtis communis prælia-*  
*ri cœperunt. Cum uero nostri his ad malum*  
*usque, in regiam armis irruissent, eob[us] iam*  
*potiti uiderentur, bis quoque (nec circa in-*  
 Pp s signem

signem cladem inde repulsi sunt à nouo presidio, quod ei subinde accurrebat. Dum res ita gereretur, Bernardinus Cardonus conspicatus Lopem Figaroam, plurimos vulneratos, ac interfectos habere in prora, cui præterat, statim ei subsidio aduenit cū Michaële Moncata, cui etiam id muneris intrungebatur. Is uero, dum ad proram dimicans, forti se clypeo tuetur, hostemq; ferit, eodē plumbea glandula bis atq; iterū pœniso vulneratus, cōcidit, & pximo die sub aurorā interiit. Aderat Petrus Zapatha, Ludoicus Ferezius, Pliebus eius pater, Fridericus Beneuidus, Gusmanus, Philippus Redius, Ruidius Medocius, Io. Sotus, & Aloisius Rechezenius, q; modò erat iuxta uexillum, & interdum cū Principe Austrio, hicq; omnes maxima & incredibili uirtute contra hostem dimicabant. Tandem nostri, acri certamine instantes, Martisq; numen propitiū adepti, post horam atq; dimidiā, hostē, qui erat in acie media, profligant, regiamq; deuicerūt, in qua quidē interfecti sunt circiter quīngenti ex proceris bus, & plures capti, ac vulnerati: Classis prefectus, dum suos (ut antea) cohortatur, dum labantes, ac timidos erigit, alacresq; confirmat, dum impigrè pugnantes ad cœlum fert, magnaçq; prælia pollicetur, denique,

*Hostilis acies  
deuiciā,*

nique, dum non minùs optimi ducis, quā strenui militis personam exequitur, mino-  
ris tormenti iectu in capite suciatus, con-  
cidit, moxque illius caput a collo absclis-  
sum, ab Hispano ad Austrium delatum  
est. Hoc ubi aspexit, protinus in ho-  
stili cuspide affigi iussit, hastamque ipse-  
met aliquandiu instar trophæi, utque cœ-  
teris adhuc fortissimè, ac pertinacissi-  
mè dimicantibus, terrorem incuteret, sua  
dextra tenuit, moxque signa Turcica sub-  
lata, eorumque loco uexillum salutifere  
crucis erectum. Quamuis autem quæ-  
dam hostilis prætoria in ipso certamine  
iam in regiam penè uictricem accursisset,  
eundem tamen euentum sortita est, quem  
uicissim reliquæ habuerant.

Dum regiæ inter se quam acerrimè  
præliantur, Partus, & Columna, utrin-  
que comminùs congreguntur, singulæ-  
quæ huius tr̄remes aliae cum duobus, plę-  
ræcum tribus nauigjs, ut regia, & præ-  
toria ueneta, decertabant, & propugnato-  
rum uirtus ferme æqualis cernebatur.  
Conflictus initio multi occubuerunt, etsi  
plures ab hostili parte, cum nostri in quo-  
quis nauigio ad trecentos sclopetarios ad-  
modum peritos, ac exercitatos haberent.

Ipsis

Conflictus  
Uinalibet  
Tunc 1571  
In orbe

Ipsis contrā, ex his perpauci erant, et si horū uice innumeri sagittarij, eorumq; hippocotoxotæ, qui plurimos ex nostris, lethali uulnerabāt. Verum interim etiam remiges missilibus in hostem iaciendis haud mediocre adiumentum ad uictoriam afferabant. Clasiū ducibus tā dira, tamq; atroci pugna utrinque confligentibus, iam totis clasibus simul ab omni parte cruentum praeliū, committi cœperat. Aurius, & Ochiali inter se concurrebant. Hic uero pugna tanto importunior, ac difficilior gerebatur, quanto magis Auria dimicabat cum hoste callido, & ueterano, & quē tergiuerari uidebat, ut eligeret quod, magis suis rebus consentaneum fore iudicasset. Hoc itaque impediebat, quō minus eius consilia cognosci possent, omniaq; nauigia initio explicari. Ast ubi tandem serio ad armamentum est, ipse fortiter ac strenue pugnabat, & secum habebat Octauium Gonzagam, Vincentium Vitellium, & quosdam ex Iberia illustres uiros, qui & ipsi haud sanguiter cum reliquis conflixerūt. Dum haec fierent, Aloysius Rechezenius egit cum Austrio, ut qudm primum dextro cornu præsidio adueniret, quoniam illuc iuerant plurima hostium nauigia, quæ nondum pugnare inceperant, & nonnulla ex acie

Auriana

*Auria con-  
fligit cum O-  
chiali.*

*cofertq uandis  
1571*

Auriana paulò longius aberant, Regia superueniente, asperum, feroxq; præsum utrinq; commissum est, ibiq; aderant Ioannes Vasques Coronadus, Andrada, & Franciscus Auria, qui erant cum Austrio, & singulari fortitudine pugnabat, & licet initio paucæ ex rostratis nauibus regiam sequentur, quæ tamē huic à latere fuerant, nunc quam deseruere. Cum autem forte accidet, ut prætoria Ibera quandam triremem cōspicata esset, in qua deuehebantur liberti nauarchi iam imperfecti, qui (utpote ignari humanae sortis) parentem adhuc superstite, atq; in columem putabat, ideo o'q; illum hæc, illac, sedulò atq; anxie quærebant, protinus ei accurrit, atq; ibi tum acerrime dimicatum est, cum in ea essent plurimi egregia virtute, in altera uero filius Reguli Castilianus, Io. Velascus, Alexander Torellius, & plerique alii equites Cathelani. Per idem quoq; tempus, Petrus Iustinianus præfector Melitenium triremium, virq; fortissimi animi, ac virtutis, tametsi tribus rostratis nauibus impetebatur, sua tamen prætoria in hostem impressione facta, duas illi adempst, iamq; sermè tertia potitus videbatur, nisi uexil lo, in quo erat insigne Diui Ioannis, agnito, statim tres aliæ naues hanc undiq; adorati essent, hæc q; simul iunctæ, omnes ferè ilius

*Virtut Meli-  
tenium præ-  
fecti.*

lius epibatas, inter quos erat quinquaginta equites, qui hostilem imperium admirabilis quadam uirtute diu, multumque sustinuerant, occidere. Igitur de illa penitus astum putabatur, tum eccè de improviso (nec sine cœlesti numine) duæ ex socijs tremibus, quæ cum alijs tribus tam strenue certauerant, ut iam fere omnes cœpissent, hanc laborantem, & in maximo discrimine constitutam intuitæ, confestim præsidio accurrerunt, nauisq; ex omni periculo erupta, trierarchum, adhuc uitali aura uescenrem, licet duabus, tribusq; cōfixum sagittis, & cum paucis ex militibus, qui adhuc superstites remanserant, in puppi glomeratis, intrepido animo dimicantem, inuenire. Occhial interim cum suis Aurianum latus undiquaque duriter infestabat, iamque ad decem nauigia ex nostris cœperat. Dum ita utrūque anticipiti Marte concurritur, nata est in parte aduersa ordinis perturbatio, atque interim parua quedam nauigia ex prælio aufugerunt, quæ tamē, quia id parum ad rem facere uidebatur, nostri haudquaquam insecuri sunt: sed recte eam partem uersus, quæ magis ab hoste præmebatur, suas uires intendebant. Hoc ubi animaduerteret, illico relatis nauigij, quæ paulò ante abripuerat, magisq;

gisq; mediā aciē uersus, admouebatur. Hāc  
uero, ut expugnatā cognouit, & Austriū  
eodē cum suis contendisse, ut ei suppetias  
ferret, illicō de ineunda fuga cogitare in-  
cēpit. At nostri, ut eum intercluderent,  
præoccuparunt quendam locum, qua il-  
li transeundum existimarent. Is autem, ut  
periculum euitaret, iuxta continētem ad-  
moueri cœpit, ibiçq; triginta, & amplius trī  
tēmes exposuit, atq; ita maior pars natans  
do seruati sunt. Quod, nisi accidisset, ut ex  
nostris remigibus, quibus eo die compe-  
des soluti, & libertas promissa, si strenue,  
ac fideliter sua munia obiissēt, potior pars  
remanisset in illis triremibus, quæ in acie  
captæ fuerant ne unus quidē eorū euafis-  
set. Itaq; plurimi fuga seruati sunt. Occhia-  
lim autem Princeps Austrius, Bacianus, &  
Auria celeri cursu insequuti sunt, quo us-  
que iam dies inclinasset. At ipse noctu cū  
nonnullis nauigij (de numero incerta)  
feruntur, quidam enim dicunt plura, & alijs  
pauciora: sed tamē uulgaris fama est, ea fuīs  
sē ad triginta remis, uelisq; ausugiens, in-  
columis euafit, nec sciri tū poterat, quonā  
ter tenuisset, cū pleriq; Leucadem, & non  
nulli Nicopolim, alijs, aliud profectū esse su-  
spicarentur. Dum hęc fierent, Barbadicus,  
& Maltometus Bey', utriq; inter se æriter  
sum-

Nauigia co  
flberg 1571

summisq; conatibus confligebant. Et si uerò ex nostris quilibet suo munere fungebatur, ac impigrè dimicabat, & præcipiè agminis ductor, itemq; Antonius Canalis, & Marco Quirinus, Legati, plurimū tamen incommodi ab hoste accipiebatur, nec dubium, quin futuri essent in aliquo haud mediocri periculo, nisi qui nouissimam alam regebat, mox cum suis præsidio accurrisset. Huius interuētu certamē multo acrius renouatum est, partemq; aduersam tanta ui atq; impetu aborti sunt, ut, cū etiam eadem hora uentus paulo secundior afflaret, eo magis nostros adiuuaret, quod magis deferebat, & reuerberabat sumum exeuntem ex tormentorum pilis, quæ in eos faciebantur, eaq; re factum est, ut illorū oculi hebetes atq; obtusi essent, cùm nostri eos quam plenissimè intuerentur. In eo conflietu plures utrinque ceciderunt, & pars uulnerati. E' nostris autem celebris fama, Barbadicus, dum contra hostem acerrimè pugnaret, sagitta in oculo transfixus est, quo quidē tempore Legatorum uirtus, et si sæpè alias, tum certè quam maximè enituuit. Hunc enim cum acri uulnere in oculo percussum cernerent, eumq; præ immenso dolore, licet illum summa animi fortitudine supprimeret, ita impeditum,

ut

ut quod paulo antè tam strenuè ac egregie  
præstiterat, ulterius exequi nequirit, sic  
fortis ducis, militisq[ue] partes obibant, ut  
nihil ab eis desiderari posset. At ipse Bar.  
badicus uesperi (nec sine omnium bono-  
rum gemitu ac mærore) interiit. Prius-  
quam è uiuis decederet, percunctatus di-  
citur, utra pars uicisset, cumq[ue] nostros au-  
diret, superiores fuisse, ac Selymianā claf-  
sem partim captā, partim depressam, atq[ue]  
incensam, illū immortales diuinę bonita-  
ti gratias egisse, moxq[ue] lætissimum ex hac  
uita in coelestē emigrasse. At singularis  
eius virtus, constans in patriam fides, ue-  
raq[ue] in Deum pietas, & reliquæ innumeræ  
cum animi, tūm corporis dotes, quæ illum  
omnibus quam gratissimum reddebant,  
hic perpetuò exstabunt, omnisq[ue] posteri-  
tatis memoria celebrabuntur. Nihil enim  
cum ante a priuatim, & in publicis nego-  
cijs, tūm præcipue in hoc bello unquam  
ab eo prætermissum est, in quo prudenti-  
simi senatoris, ac optimi ducis munus me-  
rito exigi posset. Dictum est, Aluarum Ba-  
clianum sinistro agmini undiq[ue] oppresso,  
mature cum subsidio aduenisse. Hic ergo  
plurimum sane opis in ea re præstitit, plu-  
rimumq[ue] laudis meretur, ob militarem di-  
sciplinam, & fidem, qua in his, quæ ad suū

*Virtus Bar-  
badici nun-  
quam inter-  
moritura.*

*De Aluard  
Baciare.*

Qq. offi.

officium pertinebant, usus est, idq; haud parui erat ponderis, nec mediocri hominē iudicio requirebat. Cæterūm, ut pleraque alia omittā, q; non minus fortiter, q; sedulō ac fideliter gessit, hoc sanè, quod ab eo factum est, dum acies dimicaret, neutiquā silentio inuoluendum. Cū enim quādam turcicam prætoriam uideret ad regiam puppim contendere, ut eam inuaderet, p̄tinus in euntē irruit, factoq; prelio, expugnauit, licet haud sine aliqua suorum clade, sibiq; scutum, quod latua gerebat, armis, telisq; (uti ferebatur) impene-trabile, triplici iectu minoris tormenti percussum est, eiq; strenue pugnantib; mox præsidio aduenit altera perbellē instructa, in eaque fuerant Cæsar Aualus, Petrus Padilius, Petrus Velaschus, & plurimi equites Neapolitani, qui & in ea nauī, & in reliquis, quæ Aluarum sequebantur, admirabili constantia, & uirtute dimicarunt. Martinus Padilius in sua prætoria, qua Dux de Infantismo, & pleriq; generosi, ac illustres viri ex Ibera natione aduehebantur, multa præclare, ac militariter gessisse dicitur. Nec etiam Ioannes Cardonus, Siculæ classis præfectus, h̄c à me silentio prætereundus uidetur. Hic etenim cūm classem

Iberi / sive hispani  
in duciā in flumen  
Iberos

De Joanne  
Cardono,

classem (ut supra narratum est) cum octo  
triremis p̄r̄iret, ut hostium consilia  
specularetur, idque in tota nauigatione  
summa cum diligentia p̄stitisset, forte  
accidit, ut in quandam stationem cum  
quatuor triremis exploratum iret, hisq;  
mature adesset eo tempore, quo bellum  
in acie inchoabatur, & ad locum sibi debi-  
tum perueniens, illum ualde apertum  
adiuuenit; adeo, ut quindecim hostilia na-  
uigia p̄cedere cogeretur. Cæterum,  
cum animaduerteret, quantum detri-  
menti ea res allatura esset, magno dolo, ac  
celeritate illis, pugnando, aditum p̄clu-  
sit, nec ullus ingredi potuit, donec regia  
cœpit Aurianis suppetias ferre, cuius qui-  
dem ope, ac etiam deinde reliquarum sub-  
sidio, hæc p̄fata nauigia minimo nego-  
tio capta sunt. Erant in eius triremi re-  
gulus Auila, & multi equites Siculi, Hen-  
ricus Cardonus, Ioannes Osorius, & Die-  
gus Henricchez, qui ex suis cohortibus  
habebat super his quatuor triremis,  
circiter quingentos Hispanos, ex quorum  
numero uix sanè quinquaginta illæsi re-  
manserunt, nec etiam ullus ex ministris, a-  
lissimis, qui aliquod munus gerebant.

Postquam h̄c à me fit mentio de p̄tæ-  
stantibus uiris, & de his potissimum

Qq 2 qui

latus don Jan  
Austrii nupti

*De Ioanne  
Austrio.*

*De Sebastia-  
no Venorio.*

qui huic nauali pugnè cum Imperio præfuerunt, mihi aliquid in primis dicendum esset de Ioanne Austrio, & Sebastiano Venerio. Cæterùm, ut ille de Carthaginè aiebat, præstat silere, quām pauca loqui, sicut eadem censeo, mihi magis eximias utriusq; uirtutes hic prætereundas, quām pauca de his in præalentia enarrare. Id tamen de priori quām breuissimè dictum sit, eū uidelicet, nihil prorsua omisisse, quod ad strenui bellatoris, & magnanimi ducis officium spectaret, sc̄q; omnino dignum exhibuisse, qui patrem haberet Carolum V, & fratrem Hispaniarum Regem. Plurima quidem hactenus ediderat ingenij sui spēcmina, plena uirtutis, atq; animi heroici, & præsertim in Bætico certamine, in quo sanè incredibilem sibi gloriam comparuit. Verum in hoc postremo bello, quod nuper in mari gestum est, & cui, eiusdē Regis, ac sociorum nomine, præfuit, seipsum quodammodo superare uisus est, dū plenus robore, ac militari spiritu, se omnibus conspicutum atque admirabilem reddidit. Quid iam dicam de altero? Non' ne & ipse, I cet grandæus ætare, ac senio confessus, (quippe qui iam sextum & septuagesimum annum attigerat) totus niueis armis undiquaq; conspicuus, clypeoq; ac ense, ho-

stilem impetum fortissime reprimens, omni ex parte suspiciendum se omnibus intuentibus exhibebat. Hic sanè, hoc in prælio nunquam suo numeri defuit, dum aciem disponit, dum singula prospicit, suos hortatur, & rogat, ut meminerint, se contra perpetuos atq; acerbissimos Christiani nominis hostes, pro fide, patria, parentibus, & pro liberis pugnare, mirumq; dictu est, quantoperè sua graui oratione, suaq; illa uenerabili canicie militum animos ad dimicandum inflammavit. Quid ego nunc commemorem M. Antonium De M. Anto-  
Columnam, uerè columnam, & decus Ro nio Columna.  
manæ nobilitatis & Huius ductu & auspi-  
cio (uti supra commemoratum est) foedus  
tam salutare, Venetijs initum, atq; conclusum. Hic ex Principum consensu fuit ar-  
biter, ac iudex controuersiarum, que haud  
raro inter milites oriri consueuerunt. In  
nauali autem conflictu eius quoq; uirtus  
præclarissima enituit, & propterea huic in  
urbem redeunti Senatus, populusq; Ro-  
manus, grati animi ergo, utq; reliqui hoc  
exemplo ad illustrium virorum uestigia i-  
mitanda incitarentur, triumphum instar,  
ueterum (ut minora maioribus conferan-  
tur) decerni, ac fieri uoluit. Ne autem hic  
minutim singula recenseam, super portam

Qq 3 diuī

diui Sebastiani, per quam in urbē ingressus est, hi uersus apponebantur. Exultans in Domino, clarissimum ciuem suum uictorem amplectitur Roma. In ipso ingressu ante ianuam Marco Antonio Columnæ, pontificiæ classis præfecto, de Apostolica sede, sociorumq; salute, ac populi Romani dignitate optimè merito, S.P.Q.R. Super eandem portam erant insignia Pontificis, populi Romani, & M. Antonij Columnæ. Super Constantini arcu a dextro latere huiusmodi uerba inscribebantur: Primus Romanorum Imperator Constantinus crucis uexillo usus, contra acerrimos Christiani nominis hostes, prelijs felicissimè certauit. In medio arcu: Co-  
gita aditum iam abs te fieri ad Constantini urbem ( iuuante Deo ) recuperandam. A sinistra parte, Primus Romanorū Pontifex Pius V. cum Rege Catholico, ac Republica uenera, societate inita, eodem salvatoris signo sultus, uictoriām contra maximam Turcarum classem consecutus est laetissimam. Super arcu Titij Vespasiani hoc etiam inspiciebatur: Lætare Hierusalem , quam Titus Vespasianus captiuam duxit, Pius Quintus liberare contendit.

Vt uero ad institutum redeam, quid modi

modò dicā de Auria. Nōne is ob egregias. *De Ioanne*  
 uirtutes, & rei bellicæ gloriā iure ab om- *Andrea*.  
 nibus commendari debet? Et quid un *Auria*,  
 quām ab eo, cūm anteā, tum præcipue  
 in hac re naualī prætermissum est, in quo  
 quidem non strenui militis, atqui optimi  
 ducis partes impleuerit?

Quid iam de Sfortia sanctæ Floræ, ac *De allorum*  
 eius fratre Paulo, utroq; armigero, & sum- laudibus, quā  
 mis dotibus ornato? Prior sanè, dum alios *huic bello in-*  
 interficit, alios uulnerat, ipse quoque gra- *terfuerunt, &*  
 ue uulnus accepit, à quo postea reualuit. *strenuè dissibi-*  
*Huius Italas cohortes maiori ex parte Ve-* *carunt.*  
 netis accommodārat, quò ipsi de illorum  
 fide, ac pugnandi studio quām certissimi  
 redderentur? Alia uero pars meruerat  
 duce regulo à Sarno, cuius etiam uirtus  
 in hoc bello egregia, & singularis emi-  
 cuit. Quid nominem Ascanium Cor-  
 nium, uirum in arte militari educatum, &  
 in ea longè clarissimum? Quid Gabrie-  
 lem Cerbellonum? Quid Marcum Qui-  
 rinum, Canalem, Bracadenos, Dodos,  
 Cornelios, aliosq; Veneti nominis  
 patritios? Quid tandem inumeros alios  
 non modò ex Ausonia, & Ibera natione,  
 uerum etiam ex Teutonica, ex qua quidē  
 pluiximi nobiles cohortium centuriones,

ac strenui milites in hoc bellum prosectori sunt, & in eo, haud sanè uulgaria eximia virtutis monumenta posteris reliquerunt.

Cuperem equidem in horū qui super- sunt, & qui gloriose in hoc prælio cecide- runt, laudibus expatiari, sed quoniam id à meo instituto alienum uidetur, de his in

*finiti conflictus  
et Adualibus  
anno 1571. J. Gorstatis*

præsentia satis dictum sit.  
Renauali quam fœlicissimè gesta, clas- sum ductores manibus in coelum expan- sis, & genibus flexis, diuinæ clementiæ ac bonitati, unde tam illustrem uictoriam p- uenisse agnoscebant & fatebantur, immē- fas gratias egere: hisq; peractis, Austrius ad eos proceres, qui erant in regia, oratio- ne conuersa, hæc (inquit) naualis uictoria tam inclyta, & stuporis plena, digna erat Carolo V. ut inter reliquas, quas illç, dum uixit, mari, terraq; insignes ac memorabi- les diuerfis temporibus habuit, connume-

*Venerius post rari potuisset. Venerius interim Austrium uictoriā adi- adiuit, & mutua gratulatione alter alterū uit Ioan. Aus- amanter complexus est, omnisq; præteri- striū, & alter ti dissidij, quo eorū animi subalienati esse alteri gratu- uidebantur, memoria ex utroq; oblita- latus est. ta. Trierarchi, & centuriones, læta inter se Mutua gratu agere, hos atque illos amplecti, fidemq; ac latio inter du uirtutes collaudare. Milites uero inuicem- ves, ac milites, se appellant, acta edocent atq; audiunt, sua quisq;*

quiſq; fortia facta ad cœlum fert, mirisq; ab rem benē  
modis gestit, nec integrā noctem aliud gestam.  
ferē actum est. Proximā luce classiū p̄r̄ 7 orat 1571  
fecti suos in concione seorsim laudarunt,  
& monuēre, ut hanc uictoriā ita insignē,  
& admirabilem, Deo, eiusq; grātuitæ bo- Christiani  
nitati acceptam ferrent, eiq; pro tali, tan- Principes hæc  
taq; beneficentia se in perpetuum gratos uictoriā Deo  
exhiberent. Quod autem ad illos attinet, attribueret.  
qui egregiè pugnando ceciderant, non es-  
se, ut ægrè ferrent, aut eorum obitum de-  
plorarent. Cum his enim præclarè actum  
esse, nec ullibi potuisse honestius, & glori-  
osius animam efflare, uitamq; pfundere,  
quām in eo certamine, in quo de penati-  
bus, de libertate, ac fide agebatur. His itaq;  
potius gratulari debere, qui ex hac misera  
& ærumnoſa uita, in coelestem, omniq; fe-  
licitatis genere cumulatissimam emigra-  
rint, & pro causa tam pia, tam decora, tam  
deniq; in primis necessaria, interierint, si is  
ullo modo interitus appellandus, qui ad  
ueram, & perennem uitam homines per-  
ducit. Nec dubium esse, quin hoc pacto  
decedentibus, in cœlo sit firmus, ac defini-  
tus locus, ubi beati æuo sempiterno fru-  
antur. Hæc illi, & plura alia in hanc sen-  
tentiam. Deinde vulneratos omni cura,  
& studio refici iubent, moxq; interfecto-

*Diximus in ratiōne  
meatū*  
rum, & sauciorum numerum recensent,  
quorū capti, vel interempti ex aduersa  
parte, cuiusue conditionis forent, quo  
denique captiuos in libertatem vindica-

Qui nā p̄. cipū ex no- rint. Ex his autem, qui acriter, ac stre-  
stris interfe- nuē dimicantes, in acie occubuerunt, hi  
ēti, aut uulne- sunt p̄cipui, uidelicet, Ioannes Car-  
rati. donus, & Bernardinus Cardonus, uter-  
que Hispanus, exq̄ue illustri familia.

Virginius, & Horatius Vrsini, ambo ex  
ueteri Romanorum prosapia oriundi. Ex  
Veneta nobilitate, Benedictus Superan-  
tius, Catarinus Maripetrus, Vincenti-  
us Quirinus, Hieronymus Contarenus,  
Marinus Contarenus, Ioannes Laure-  
tanus, Andreas Barbadicus, Franciscus  
Bonus, Marcus Antonius Landus, An-  
tonius Pasqualigus, & plerique aliij ex  
Patritio genere. Præterea, Ioannes Ba-  
ptista, Benedictus Cyprius, Iacobus  
Metius Chersonesius, Antonius Eudæ-  
monicus, Cydon, Iacobus Trissinus  
Vicentinus, Hieronymus Bysantius A-  
scruiensis, Andreas Calergus, & Mala-  
testa Ariminensis, qui erat cum Andrea  
Barbadico. Ex uulneratis fuerunt, Au-  
strius Princeps, quem ferit sagitta, sed  
leui uulnere. Paulus Iordanus alia quo-  
que

*Io. Austrius  
uulneratus  
sagitta.*

que sagitta percussus, regulus à Sancta Floræ glandula tormentaria, Troilus Sa-  
ueillus eadem, Marcus Molinus, præfe-  
ctus Melitensis. Item, Thomas Me-  
dicæus, Martellus, Renerius, Biffolus,  
Marcelinus, Guicciardinus, Spina, Maz-  
zingus, Iulius Naldinus, Gianotius Ma- otto milia christiani  
uero omnes.  
gnalis, Ioannes Maria Puccius, Torna-  
bonus, Figliacius, Federicus Martellus, hostium p[er] m[odum] regis  
5000.  
& Berardus, omnes generosi, ac equites  
Florentini. In uniuersum autem desi- Quot ex no-  
derati sunt circiter octo millia virorum,  
stris interem-  
& totidem sere uulnerati. Hostium au- pti, aut vul-  
tem numerus uix certus omnino resciri  
nerati, et quo[rum]  
potest, cum plurimi eorum submersi  
etiam ex ad-  
sint, fama tamen est, interfectos ad quin-  
uersa parte.  
decim millia, captos ad quinque mil-  
lia, & innumerous uulneribus affectos.

Ex celebrioribus autem, qui hac in  
pugna fortiter præliantes interierunt,  
hi ex præcipuis habentur. Haly Bassa,  
totius clavis Imperator, Amatus Bey,  
qui prætorianis imperabat, Assamus  
Bey, filius Aridei cum filio, Meheme-  
tus Bey, præfector Metilenæ, Giderus  
Bey, præfector Chij, Capsanus Bey,  
præses Rhodius, Prouis Aga præses Le-  
ptitanus, Mustapha Scelubî, primarius  
Questor, Affis Caiga præses Gallipolis,  
Tramon,

Tramontana regiē nauis gubernator, Ca-  
racostus, & plaerics alij, quorum nomina  
hīc enumerare, nimis longum foret. Ex  
captiuis, præter alios fuerunt, Maleme-  
tus Bey, & Sainus Bey, uterq; nauarchi si-  
lius, Malemetus Bey præfectus Euboæ,  
& Sirochus Bey, qui fuit captus unâ cum  
uxore, fæmina (ut aiunt) longè uenustissi-  
ma. Ex his autem, qui fuga seruati sunt,  
suere in primis Partaus, Occhiai, Muratus  
Ray cum filio, & Genoueslus Aly. Cara-  
peris uero celebris archipirata, proiectus  
erat in Cyprum, cum uiginti nauibus ro-  
stratis, ex ducentis ac triginta tribus, quæ  
Byzantio soluerant, ideoq; huic prælio  
interesse nequiverat. De Occhiali quidē,  
& Partau, quem terrestribus copiis præfe-  
ctum fuisse commemorauimus, fama ini-  
tiò uaria spargebatur. De priori utiq; con-  
stabat, illum (ut antea dictum est) cum ali-  
quot nauigij fuga sibi consuluisse. At in-  
terim, & de horum numero, & quoniam i-  
uisset, incertum erat, cum alij alio proiectū  
dicerent. Sed tandem compertum est, il-  
lum rectâ petiisse Naupactum, & ipsum  
quoc; Partaum eodem contendisse. Na-  
uiglia uero, fuisse ad uiginti quinque trire-  
mes, & decem liburnicas. Ex hostili claf-  
se triremes centum sexaginta & una, in  
nostro,

nostrorum potestatem uenerunt, depreſſa uel depreſſa ſae, ac perforatæ quadraginta, ex liburni- quot numero tis, & alterius generis nauigii, captæ nu- exitere. mero sexaginta feruntur. Regia uero, quæ Regia trire- cum reliquias capta est, dicitur fuisse mira mis qualis fuisse quadam forma, & pulchritudine, adeo ut erit. uix ullum nauigium in uniuerso Oceano, (ſi Cleopatrium excipias) huic specie, ac opulentia iure comparari poſſit. Huius puppis, ut mihi relatum eſt ab his, qui ea uiderunt, ex utraque parte triplo maior eſt, quam aliarum, totaque conſtat ex nigra iuglandine inſtar hebeni, uarijsque lineis longe pulcherrimis, & uario colore segmen- tata, cum omnigena ſeriè historiarum. Inſunt etiam nonnullæ figuræ incisæ, ac in- ſculptæ in auro, tam ſolerti manu elabora- tæ, ut uix in orbe ullum domicilium ele- gantius, magisque superbum excogitari poſſit. Pars interior, & cubiculum, diſi- ſimis aulæis ex aureo filo contextis, & ua- riarum gemmarum nitore undique fulge- bant, & in hiſ paruulae quedam imagines, ac ſimulacra effingebantur admirabili ar- tificio. Adhæc, ibi plurimæ uestes, ac præ- tiosa indumenta reperta ſunt, quæ ipſius nauarchi fuerant, acu, bracteisque argenteis depicta, eaque tam ſpecioso ac diuerti opere, ut eius Imperator Selymus uix omnino ſi- bi ma-

bi magis regia, magisq; opulenta induere posset. Cæterum (ut iam ad Venetos redam) hi cum uniuersa urbe it maximis curis, animisq; angoribus continuè uersabantur, cum ob plurimas, atq; horribiles strages, quas Byzantini subinde in Adriaco, & Rizonico sinu, alijstq; locis finitimiſ edebant, tūm etiam quia multò his grauiora uerebantur. Quum uero audirent, clasſium duces Messanam appulisse, atq; ibi ē communi consensu, firmaq; animi deliberaſione constituisse, inimicam classem inuadere, atq; omnes eo consilio inde profectos esse, animos uiresq; iam tandem colligere incœperant. Quamuis autem scirent, hostem secundis rebus elatum, se, nauigiorum numero, militum robore, fortuna deniq; ipsa, que plurimum in bello ualere dicitur, & quā ipsi paulo antē suis conatibus haud parum fauentem inuenierant, nostris multò superiores arbitrari, spem tamen optimam cōcipiebant, nostros, si eo quo ferrebatur, & debebant, ordine procederent, fideq; ac uirtute instructi essent, cum ibi de summa Christianæ Reipub. ageretur, fore, ut, Deo adiuuante, breui de suis rebus, iuendissima perciperent. Hunc interea omnis nobilitas, ciues, plebsq; uniuersa pro læto ac fœlici successu die noctuq; precebantur,

bantur, atque orabant, ut scelerum penæ oblitus, pro sua inexhausta pietate fœdus inter Principes initum, proueheret, horumq[ue] incepta fortunaret. Dum igitur omnes his cogitationibus, ac precibus animum intendunt, plurimiq[ue] de belli exitu ualde solliciti, subinde interspem, ac metum, agitabantur, nemoq[ue] esset quisquam omnium, qui non in illius uictoriæ casu, suarum omnium fortunarum euentū confidere existimaret, ecce de improviso unde uigesima die Octobris sub meridianum tēpus, dieq[ue] ueneris, Vnfreus Iustinianus, *Vnfreus Iu-* quem classis præfetus biduū à nauali cō- *stinianus mit-* ficitu ad urbem cum literis miserat, qui- *titur Venes-* bus tam fœlix optatumq[ue] nuncium affer- *tias.* ret, Adriacum portum ingressus, continuo unum ex maioribus tormentis displodi iussit, moxq[ue] recta ad diui Marci prætoriū festinans, cum propius iam adesseret, quatuor signa turcica, secum delata, quæ omnia erāt ex rubro, atq[ue] albo colore, unumq[ue] ex his mira pulchritudine, statim in fundum aquæ sœpius immergi, ac erigi p[ro]cepit. Qui tum in area prætorij, proximisq[ue] locis aderāt, subito accurrerūt, uisuri, quid nā esset, & conspecta triremi hostilibus spolijs & manubrijs onusta, uisissq[ue] remigib[us] turcico habitu

habitu indutis, ac exclamantibus, VICTORIA, & aduersam classem profili-  
 gatam indicantibus, omnes exultim gesti-  
 entes, huc illac, bacchantium more excur-  
 rebant, & laeti nuntij uocem ingemina-  
 bant, sic ut breuissimo spatio huius rei fa-  
 stianus interim dum descensionem fa-  
 cit, ut Principem adiret, ac mandata expo-  
 neret, tantus hominum concursus est uesti-  
 gio factus est, ut uulgus humeris sublatu*s*, in  
 atrij palatum deferretur. Ut ad Principis  
 conspectum uenit, statim genibus flexis,  
 en (inquit) Serenissime Princeps, nunc di-  
 uina benignitate huiusmodi nuntium af-  
 fero, quale uix unquā nostra, uel Patrum  
 memoria, hucusq; auditum est, moxq; na-  
 uarchi literas reuerenter exhibuit. His co-  
 ram Principe ac Senatu clara uoce perle-  
 ctis, maxima & incredibili laetitia omnium  
 animi perfusi, & alter alteri mutuo gratu-  
 latus est, ac deinde paruula mora interpo-  
 sita, singuli Tempium adiere, ibiç pū-  
 blicis hymnis, ac precationibus gratiae, ab  
 omnibus diuinæ bonitati persolutæ, ac  
 deinde ad omnia puluinaria supplicatio-  
 nes habitæ. Interea, quicunq; in urbe tum  
 aderant Principum, ac Regum oratores,  
 quam

Veniūs ingēs  
 Letitia pro-  
 pter uictoriā  
 naualem.

quām p̄mūm eō gratulationis causa pro- Principūm lē  
fecti sunt, simulq; interim omnia campani gōtī gratulan  
æris sonitu, & bellicorum tormentorum tur Venetis:  
fragore intonabant, & quām creberrimi  
ignes hī nc, inde fieri, facesq; in summis tur  
ribus accendi, ac uexilla per celebriores ur  
bis uicos, & plateas protrahi. De his autē,  
qui erant in carcere, Senatus, paulo post  
hūntium allatum de uictoria, decreuit, ut  
quicunq; in uinculis detinebantur ob cau  
sas criminales, p̄namq; capitis incurre  
bant, quiq; ibi aliquo præmio anteā pro  
posito pro eorum apprehensione, captiuū  
asseruabantur, in pristinam libertatem uin  
dicarētur. Item, qui furtum perpetrassent,  
quod quidem haud excederet summa ui  
ginti quinq; aureorum, quiq; non essent a  
pti ad remigandum in triremibus, idem  
prorsus beneficium perciperent. Qui uero  
ad eas idonei, apti q; censerētur, dimidium  
adeo p̄scripti temporis inseruirēt, & qui  
iam prefixi temporis medietatem absolu  
uissent, priori libertate donarētur, quibus  
dā atrocioribus casib; exceptis. Pro his  
autem, qui ære alieno tenerentur, ad sum  
mam uiginti quinque aureorum, ipsamēt  
Respublica creditori satisfaciendum cū  
raret. At pro his, quorum summa esset ma  
ior, Auditores (id officij, ac magistratus no  
Rr men

men est apud Venetos) operam darēt, ut  
res mutuō componeretur. Ceterū innu-  
meri ex his haudquaquā senatus decretū  
expectarunt, quin potius primo die, quo  
nuntiū ad urbem allatū est, amicorū ope,  
atq; auxilio, carceris foribus perfractis, in-  
de quāmprimum exierunt, & seipsoſ in li-  
bertatē aſſeruerunt. Biduū poſtea (qui fuit  
dies dominicus) Princeps, ac Senatus cū  
præfatis oratoribus eandē adēm ingressi  
ſunt, ibi q; in maxima nobiliū uulgīq; fre-  
quētia Diegus Husmanus de ſylua, lega-  
tus Hispani, miſſā de ſpiritu sancto (ut uo-  
cant) ſolenni cæremoniā peregit. Dum ea  
celebratur, mirus uocū, & organorū cōcen-  
tus per interualla exauditus eſt, plurimāq;  
inſtrumenta omnigenis numeris, hiſq; ſua-  
uiſſimis, pulsata, quib; aſtantū animi ad  
diuinas laudes & gratiarū actionē alacrius  
incitarētur. Inter ea publice supplicationes  
à toto clero per forum habiteſunt, quibus  
etiam Dux ipſe, una cum proceribus, per-  
actis ſacrīs, interfuit. Paucis poſt diebus,  
iterum in templo conuenerunt, ibi q; iusta  
magnifice persoluta ſunt in memoriam  
eorum, qui occubuerant in nauali prælio,  
miſſæque pro eorum manibus celebratæ,  
in quorum quidem perennē gloriā ſin-  
gularis uictoris monumentū, lo. Baptista  
Rasas

Rasarius vir iuxta eruditus ac eloquens, luctuosa & elegans oratione habuit, quae quidem postea typis excusa est. Per idem tempore, & publice, & priuatim, per urbem plurima laetitiae signa passim edehantur, id est factum est in omni ditione, que Veneto subiicitur, & quae oppida erant augustiora, suos etiam oratores miserunt, ut senatui gratularentur, eisq; in posterum omnia praecipua offerrent. Ipsi etiam Italique Principes, nuntio accepto, pro suos legatos huic plurimum gratulati sunt: siquidem Allobrog, Princeps ad eum legauit, Regnanus Co. Ferrarensis, Alphonsus Aestensis, Aethruscus, Angelus Guicciardinum, Parmensis, quemadmodum ex familia Torella, id est factum est a Mantuano, Urbinatis, & Melitensis, quos sane omnes benignè, ac liberaliter senatus excepit, multisq; signis declarauit, id genus officij longè sibi gravissimum extitisse. Id aurem obseruatu di- Veneti ob pugnum est, in tanta omnium ordinum laeti- publicum beneficium pri- in eo confliktu amiserant, neminem fuisse uati incom- se, qui lugubri neste induitus, uel minime medioblius, mun doloris ac molestiae signum praese sentur, tulerit, adeo publicum beneficium priuati incommodi memoriam ex omnibus pectoribus deleuerat. Quoniam autem Venerius Senatus rogarat, ut mitteret nouos trierarchos, &

Kr z nobis

nobiles iuniores, qui eorum loco praeficeretur, quos præliaentes in naumachia Mars interemerat, ex prioribus legati sunt quin decim, & in locum Augustini Barbadici demortui suffectus est Iacobus Surantius eques, & vir singulari prudètia, eiç ex Senatus decreto amplum stipendium pro sumptibus, atq; annuali redditu, annume ratum est, & in reliquos simul beneficentia exhibita, hiç omnes paulò post illuc deueniuntur sunt in triremi Iustiniana, quæ iam erat in redditu, missumq; munus ad eos, qui e-

*Vnfreus Iusti* rānt in classe; At Vnfreum Senatus gratianianus creatus a Vne fidem in patriam, equestri ordine insigni- nato senatu. animi ergo, & ob singularem uirtutem, ac remisit.

Romanus Pontifex hoc lætissimum de uictoria nuntium Romæ accepit XII. Cal. Nouembris, primaq; noctis uigilia, per suum Legatum apud Venetos degen-

*Nuntium de uiatoria perlatum Romā.* tem, & proximo diluculo per uenetum oratorem, cui Senatus certum hominem destinārat, qui rem, sicuti gesta fuerat, indicaret: Ut primū m̄ sibi ea res innotuit, in maximam lætitiam prorupit, Deumq; tantum muneris authorem agnoscens, illius nomen summis laudibus extulit, & postera luce, ubi hoc idem sibi ab oratore ueneto confir-

confirmatum est, protinus unà cum Cardinalibus, qui tum in urbe aderant, & Hispano, Lusitano, ac Veneto legatis, ædemdi- ui Petri adiuit, ibiçq; supplicationes habite sunt, & sacra de more celebrata, uixçq; inde *Principum le-*  
*ad cubiculum redierat, cùm ad eum aliorū gati & Cardi-*  
*principum oratores, omnesçq; præsules, a-*  
*lijçq; alterius ordinis, certatim uenerunt, lantur Rom-*  
*& quisçq; illi tam optatum nuncium gratu Pont.*  
*labatur. Dum hæc fierent, plurima bellica*  
*tormenta ex arce Adriana euacuata sunt,*  
*multusçq; campani æris fragor exauditus,*  
*atçq; ignes noctu per omnes uicos accensi.*  
*Cùm autem à Veneto magis minutim de*  
*rebus gestis cognosceret, atq; audiret, ui-*  
*ctoriam fuisse cruentam, exçq; nostris plu-*  
*rimos, etiam ex celebrioribus, in pugna oc-*  
*cubuisse, illico supersederi iussit à maiorib-*  
*us impensis, quas deinde in eorum, qui*  
*decesserant, memoriam, fieri mandauit.*

Vt uero ad Austrium reuertar, is, ubi pri-  
 mulm classis Turcica deuicta est, uarias le-  
 gationes instituit, misitçq; Ferdinandum  
 Mendotium, ad Cæsarē, Lopem Figaroam,  
 ad Hispanum, Petrum Sapatham, ad Vene-  
 tum, Co. Pliegum, ad Pontificem, & singu-  
 li eorum (primo excepto) turicum vexil-  
 lum ex præcipuis deferebant, donandum  
 his, ad quos legabantur. Quod autem Pō-

tifici traditum est, fuerat Selymianæ clas-  
sis præfecti, & propterea hoc illi præcipue  
datū est, quoniam is antea, ut primū in Si-  
ciliam appulerat, quoddam ei eximia spe-  
cie (sicuti antea dictum est) per internun-  
**Turcarū dux** tium donārat. Huius quidem manubriū  
à quo inter- habuerat quidam Græcus ex Macedonia,  
fecies. quem Turcarum ducem interfecisse cōsta-  
bat, & ob id ab Imperatore Austrio crea-  
tus eques, & donatus est annuali stipēdio,  
quod erat trecentorum aureorū, & cistula,  
quæ ad demortuū pertinuerat, in qua qdē  
supra nūm morū aureū 6000. fuīſſe di-  
citur. Is autem, cūn Venetias, ubi dū an-  
tīa commoratus erat cum uxore, ac sena-  
tū ueneto suam operam in naualibus im-  
penderat, reuersus effet, aurifīcē adiuit,  
eīcī capulum uendidit. Cūn uerò id à se-  
natū resciretur, illico missus est, qui uendi-  
tū ab aurifice redimeret, & pro quauis  
uncia coronatum persolui iussit, ut inter  
reliqua trophæa, & spolia referretur. Por-  
rò is totus constare dicitur ex argento au-  
rato, esseque mira crassitie, ac Byzantinis  
literis undiquaque insignitum. Ex una  
parte hæc uerba insculpta esse audiui. Fi-  
delibus diuinum auspiciū, & ornamen-  
tū. In dignis conatibus Deus fauet Ma-  
humero,

humeto. Ex altera, Deus non habet alium  
Deum, & Mahumetus Dei nuncius. Cum  
præfatis oratoribus profecti sunt etiam,  
Romegas, & Prosper Columna, missi à  
Marco Antonio Columna. Huius lega-  
tionis causa fuit, ut his Principibus eorum  
nomine gratularentur, eisqu' e rem, sicuti  
acciderat, enarrarent. Omnes autem adue- 1510 Ioannini Cdm  
cti sunt in triremi Ioannis Contareni, quæ zeng etea longe  
V. Idus Octobris à classe recesserat: sed ad- vnuq; de jpnys ha  
uersa nauigatione usi, primo Hydru m ab pugnac  
pulere, ibique descensionem fecerunt, in-  
dequ' pars Romam, alijs Adriam uersus  
petière. Interim Senatus uenetus misit  
ad Pontificem, Paulum Teupulum, & ad  
Principem Austrium, Leonardum Con-  
tarenum, ambos equites, ac eximij doti-  
bus ornatos, qui præter munus gratula-  
torium, cum utrisque agerent de his, quæ  
ineunte æstate à se fieri oporteret. In eum  
autem, qui Antiuari præterat, quiq' il-  
lud oppidum natura, & opere munitum,  
& in quo neque commeatus, neque miles  
deerat, hosti, etiam priusquam (uti suprà  
demonstratum est) castra admoueret, tra-  
dendum suavit, grauissimè succensuit, ac  
edicto sanxit, ut quicunq; uiuum appre-  
hederet, præmij loco mille aureos haberet,

& quingentos, qui eius caput ab humeris  
præcīsum, in urbem deferret, eumq; insi-  
gnibus nobilitatis exutum, omnibus for-  
tunis priuauit. Consimili etiā pēna in Emi-  
lium Utinensem, eiusdem consiliū socium,  
& participem, animaduertit. Nec paruo  
itidē supplicio dignum censuit prēfectum  
Corcyrae Melænæ, qui socordia, uel metu  
au fugiēs, oppidum pueris, ac mulieribus  
tuendum reliquerat. Cæterum, et si ei horū

Cypri iactura molesta, nihil tamen præ Cypria uideba-  
tur. Hæc sola illius animum premebat, hęc  
grauissima. diu, multumq; tristem, atq; anxium deti-  
nuit, hac deniq; factū est, ut rei naualis ui-  
ctoria, illustris sanè, inclyta, & gloria, mi-  
nus grata, minusq; iucunda uideretur. Sed  
natura sic comparatum est, ut in humanis  
rebus nihil sit ab omni parte beatum. Et  
profecto nullum gaudium tam solidum  
est, nullaq; felicitas tam cumulata, & sis  
undiq; numeris absoluta, ut nihil in se ad-  
mixtum habeat, quod minus iuuet, usque  
ad eo uerissimum est, quod dīci solet, gau-  
dij luctum comitem esse, ac eum perpetuō  
sicuti corpus umbra, sequi solere. Possim  
equidem plurima exempla, cūm uetera, tū  
recentia commemorare, quæ hoc apertis-  
sime testantur; Sed minime his opus est in  
tam

tam conspicua, & quæ in hominum uita  
subinde cernitur. Fateor hæc uictoriā (ut  
dictum est) præclarām, & admirabilem, iu-  
rēbꝫ cum his conferri posse, quas olim uel  
Græci, uel Romani contra hostes in re na-  
uali celebriores adepti sunt. Rarum enim  
quiddam fuit (nec citra singularem Dei  
prouidentiam euenit) ut eorum classis fe-  
rè uniuersa, uel capta sit, aut depresso, uel  
incensa. Ingēs utiqꝫ diuini numinis bene-  
ficiū, ut tot bello illustres uiri, tot egregi  
duces, tot deniqꝫ naucleri, proretæ, ac remi-  
ges, in rebus maritimis lōgo usu exercita-  
ti, & qui nostros grauiissimis damnis per-  
sæpe affecerant, nunc tādem (paucissimis  
exceptis) aut capti, aut interempti sunt.  
Quid nuncomnigenam prædam, tot bel-  
lica tormenta cuiusvis generis, quibus no-  
stra classis, plurimæt; arces, atque oppida  
commodius emunientur, deniqꝫ tot capti-  
uos in libertatem vindicatos, commemo-  
rem? Hæc sane (ut dictum est) maxima o-  
mninè sunt, ac huiuscemodi, ut ob ea nimi-  
rum Christiana Respublica meritò sibi gra-  
tulari possit, & coelesti bonitatí plurimas,  
atqꝫ immortales gratias agere debeat. Ve-  
rū enim uero, si memoria quis repeatar,  
cuā multi egregia uirtute, ac generis pro-  
pia insignes uiri ab initio huius belli ad-

Rr s hoc

hoc usque tempus uariè occubuerint, si  
 quis omnino secum euoluat stupra, in-  
 cendia, rapinas, cædes, liberosq; à parentū  
 complexu, matrisq; ubere diuulsos, virgi-  
 nes indignis modis uiolatas, innumeros  
 mortales utriusq; sexus miserè in seruitiū  
 abductos: Adhæc, si uniuersum Cypri Re-  
 gnum tam florens, tam opulentum, tamq;  
 rebus omnibus abundans, nunc amissum  
 consideret: Si denique in ipsam et uictoria  
 mentis aciem paulisper defigat, quām ui-  
 delicet dira, & cruenta extiterit, proculdu-  
 biò fatebitur, accepta incommoda huius-  
 modi esse, ut uix plurimarum classium æ-  
 que instructarum uictoria, hæc tam grauiæ  
 & multiplicia damna resarciri posse videa-  
 tur. Cæterū hæc, tametsi omnes, qui Chri-  
 sto nomina dederunt, haud parum com-  
 mouere debent, nihilominus tamē ad Ve-  
 netum præcipue spectant, in quem primò  
 Turca suas uires conuerterat. Interim est  
 maximum lenimen præteritarum ærum-  
 narum tam singularis uictoriæ memoria,  
 maioriq; olim speranda, si pia nostrorum  
 Principum consilia, diuina ope, atq; auxi-  
 liò prouehantur. At Byzantinis, tam o-  
 pulentæ classis iactura longè acerbissima  
 extitit, eiusq; recordatio non nisi pergra-  
 uis & luctuosissima esse potest. Iple quidē  
 Tur-

Turcarū Imperatorum temporis Adriānopolis agebat, quum octauo dierum spa-  
tio ab accepta clade, ad eum nuntius cita-  
to cursu aduenit, qui suam classem à nostris  
deuictam, ac expugnatam indicaret. Ut  
prīmū hoc audiuīt, grauissimē (utī par est)  
indoluisse fertur, eo'q; die neminem in col-  
loquium admisiſſe. Vbi uero is rumor in-  
crebuit, late'q; uagatus est, protinus omnia  
metu, lachrymis, atq; ululatu repleri, dum  
alijs parētes, alijs liberos amissos deflent, hęc  
uirū, hi amicos, reliqui affines, atq; propin  
quos, deniq; pars dolere p maiestate impe-  
rii, pars insolita rerū bellicarū, timere liber-  
tati, sicq; omniū animos aut pauor, aut me-  
ror incesserat. Etsi autē oēs, generatim, &  
cuiuscunq; ordinis forent, hoc tanto infor-  
tunio quam maximē tristabantur, id tamē  
Selymum in primis uehementissimē an-  
gebat, & cruciabat, nec ita illum ornatissi-  
mæ, ac pulcherrimæ classis iactura preme-  
bat, quam cum animo secum uoluebat, se  
amississe tot egregios duces, ac trierarchos,  
tot bello insignes viros, tot ex prætoria-  
nis militibus, tot deniq; ex illorum nume-  
ro, q rebus maritimis à puero assueti, nulli  
mortaliū in ea facultate cedebat. Verū, ex  
hijs omnibus rebus, nihil magis mēti suę  
insidebat, q cogitatio labis & ignominiae,  
quam

Quid præci- quam sibi, totiç domui Othomānicę per-  
 pūc Selymum petuò inustam putabat. Memoria secum  
 cruciabat. re petebat omnigenas, & gloriofissimas ui-  
 storias, quas sui maiores diuersis tempor-  
 bus, terra, mari'q; contra hostes habuerāt.  
 In mentem ueniebant præclarissima gesta  
 Solymani parentis, archi cui Selymi, cuius  
 quidem uti nomen referebat, sic etiam in-  
 clyta ipsius facinora, nō modò æquare, sed  
 omnino (si Dij concederent) superare mo-  
 dis omnibus anniti deberet. Postremò ita  
~~hic unquam vidi secundum hanc~~  
 secum cogitabat. En si modò tres adeò ex  
 occiduis Regulis, qui Christi nomine glo-  
 riabantur, foedere inter se inito, & viribus ad-  
 iunctis, me omni classe orbarunt, quid tan-  
 dem fiet, si Cæsar, Gallus, Germania, & re-  
 liqui eodem religionis uinculo annexi, soe-  
 dus, ac societatem inter se cōtrahant, meq;  
 omnes unanimi consensu partim terrestri  
 exercitu, partim instructissima, & poten-  
 tissima classe inuadant Christiani prin-  
 cipes, dum concordibus animis inter se dege-  
 bant, amplissima olim ditione potiti sunt,  
 adeò, ut eorum nomē, & potestas per uni-  
 uersum terrarum orbem extenderetur. At  
 ubi dissidia, & contentiones, illorum ani-  
 mos inuaseré, breui plures in partes distra-  
 eti sunt, & a priori conditione deciderunt.  
 Nec sanè mirum, cùm antea Græcorum, &

Ro-

Romanorum imperia, quæ quidem præ  
ceteris omnibus floruerant, idem omni-  
nō experta sint. Horum autem dissensione  
factum est, ut meum imperium hactenus  
tam feliciter coaluerit, & tam longè lateb-  
propagatum sit. At, quid in posterum fiet,  
si tandem resipiscant, pristinæq; uirtutis  
haud immemores, mutua benevolentia &  
amicitia iungantur, quo iterum Selymas,  
ubi octoginta & octo annis regnârant, u-  
nâ cum Syria, reliquisq; finitimis Prouin-  
cijs, quas olim amiserunt, recuperent, quin  
etiam ipsummet Byzantium, sedem ac do-  
mîciliūm Græcorum Imperatorum, nunc  
autem Othomanæ domus, denuò (quod  
superi auertant) in suam potestatem ac di-  
tionem redigant? Adhuc, quid si accidat, ut  
etiam Persarum Rex ingenio fido, ueteriq;  
in me odio permotus, eisdē socium, & co-  
adiutorem se præbeat, mihiq; dirum, atq;  
atrox bellū alia ex parte sit moturus? Nec  
enim dubium, quin homines in humanis  
rebus Fortunam, ut plurimū sequantur, &  
quo illa inclinârit, eodem etiam ipsorum  
consilia, & uoluntates deflectant. Ipsa qui-  
dem Græcia, quam Progenitores mei cum  
uirtute, animiq; magnitudine, tuū rerum  
gestarum gloria, maximorum Regum ne-  
mini proflus secundi, sibi quondā, ut plę-

racq; alia, uictoricibus armis subbegerunt, ut  
primùm sese occasio præbuerit recuperan-  
dæ libertatis, eam repētē totis animis am-  
plectetur, ut seruitutis iugum collo excu-  
tiant, & à meā tyrrannide (sic enim ipsi meū  
lene, ac plerum æquitatis imperium, præ  
nostri nominis odio appellant) liberetur.  
Cæterum absit, ut in his cogitationibus  
mihi tantummodo inhærendum sit, quin  
potius mentem ab his omnibus abducēs,  
multo meliora mihi auguror. Nec enim  
crediderim, Deum, & Mahometum, ita mi-  
hi, meisq; succensuisse, ut curam abiijcant  
illius imperij, quod eorum auspicijs tam  
augustum, ac prædiues undiquaq; cōspici-  
tur. Illatę clades diuinitus (fateor) eueniūt,  
& sunt pænæ scelerum, quæ h̄c à mortali-  
bus perpetrantur. Scio, in meis regnis per  
plurima esse, quibus equidē utriusq; nu-  
minis iram iustè in me cōcītaui, & ipiemet  
multa indignia egi, multaq; contra diuinū  
ius, & Alcoranum, qui multo maiori stu-  
dio à me coli, & obseruari oportuit. At in-  
sterea non est, ut illorum pietati diffidam,  
atq; arbitret, hos ita mihi esse infelios, ut  
perpetuò irasci uelint. Quid? Num solus  
ex hac familia Imperator, aduersæ Fortune  
iustus exerior? Minime gentium. Fuit ex  
meis atauis, qui Regno exutus, miserabili-  
8. ea.

& calamitoso exitu uitā terminauit. Fuerunt etiam, quibus in re naualī sors parūm prospera, & secūda extiterit. Scilicet haud semper h̄c datum est, ut omnia ex animi sententia succedant, utq̄ bellī alea incerta, sic quoq; magnanimū, & fortē virū decet in rebus aduersis æquabilitatem tueri, sc̄q; ad omnes humanos casus costantem, atq; inuictum exhibere, nec tam de præteritis rebus, de quibus nulla h̄c amplius consultatio haberī potest, at potius de futuris cogitandum. Igitur posthāc summa ope niti debeo, ut incommodi accepti oblitus, ea mediter, procurem, efficiam, quibus illatam contumeliam ulciscar, nec mihi ea somniem, quæ nunquam euentura confido. Tu modo rerum omnium conditor Deus, tanti imperij largitor, & propagator, unā cum sanctissimo uate, ac seruatore Mahometo, tuo fauore adūs, meisq; conatibus aspira. Hęc Selymus, & plura alia <sup>Nath d. cogitatione</sup> huiuscmodi, secū tacitus cogitare, ac loq; & in Fortunam huius acerbissimi casus maxima ex parte culpam reiçere. Haec impediuisse aiebat, quo minus sui ante p̄lum inchoatū hostiles uires, atq; consilia melius cognoscerent. Ceterū, quod uetus, qui suis initio tam prosperè afflārat, rep̄tē immutatus, aduersaretur, hoc potius diuinæ

diuinæ indignationi ascribebat, ut etiam illatam cladem, quam omnino cœlitus immisgam aiebat, ob diuinam ultionem in se, suosq; subditos, propter leges uiolatas, & quia minimè à uino, cæterisq; rebus prohibitis abstinuisse. Nauarchum quidem, qui iussa fecerat, quiq; acie instructa, & ad bellum parata, sic strenue ac intrepide contra hostem dimicarat, itemq; , qui pari uirtute se gesserant, summis laudū encomijs extollere. Verūm, quod ipse ita mandarit, inde in primis factum esse, quia fœdus, de quo agebatur, ualde sero conclusum audiuerat, ideoq; purabat, socias uires illo anno tempore haud potuisse tam facile, ac matu re coniungi, & præterea nostros nunquā tantas uires habituros, ut cum sua classe, quam longe potentiorem iudicarat, ullo modo configgere ausuros . Proxima luce

*Selymus alioz  
quitur imperij  
proceres, &  
ad noui bellii  
rationem ani  
num adiicit.*

purpuratis, ac proceribus conuocatis, exposuit quāto dolori sibi fuerit classis amissio, & præcipue tot illustrium uirorum interitus, moxq; addidit, humanitu's ferēda esse, que humanitu's accidunt, sibiq; magis quid in posterum fieri deberet, meditandum, quā ad ea, quæ nullo modo recuperari queant, animi cogitationem figendam. Cum illis quidem, qui suis iussis obtemperantes, pro patria, fide, ac imperio

tam fortiter in pugna occubuerunt, præclarè actum esse, ac eorum manes ob egregia facinora, q̄ fecerūt, sedes beatorū ingressos, iā amplissimū laboris, ac uirtutis præmiū consecutos: Tantum remanere, ut debita illis iusta de more fierent, eorumq; nomina perenni laude celebrarentur. Interim suorum animos tāta calamitate haud meiocriter consternatos, grauisbus & compotis uerbis, ac uultu mœrorem supprimente, plurimum erigere, & confirmare, summaq; cōstantia, & callida simulatione multas causas adducere, quibus angore, metuq; deposito, ad ultiōnem duntaxat, quæ breui futura esset, animos intenderēt. His péractis, uenetum oratorem, atq; alios eiusdem ditionis homines, quicq; Philiplico, uel pōtificio Imperio subiacerentur, quāmprimum custodiæ demandari iussit, moxq; funeribus magnifice absolutis, & p concione laudatis, quorum res gestæ insigne narrabantur, singuli se ad ea, quæ sibi Selymus imperasset, celeri studio, atq; obsequio parabant. Is nondum Adrianopoli classem instruī iubet. discesserat: sed tamen, qui armamētis præ-  
 erat, ex eius edicto, iussuq; noctes ac dies summa celeritate noua nauigia fieri, queq; iam constructa fuerant, opportunis rebus armari, ueteraq; instaurari, ac refici procu-  
 rabat.

rabat. Præterea omnibus prouinciarum  
prefectis quam sæuerissime iniunctum est,  
ut singuli eorum, initio Veris unam, atque  
alteram triremem instruerent. Id autem  
siebat eo consilio, ut Selymus per brevi o-  
pulentissimam classem haberet, qua non  
solum arces, & loca maritima tueri, sed etiā  
acceptam calamitatem ulcisci posset, idq;  
partim nauali prælio, partim terrestribus  
copijs omnino se facturum sperabat. Cæ-  
terum, ut ad nostros Principes iam se re-  
ferat oratio, hi à nauali pugna, inter se agi-  
abant, quid potissimum agi oportet,  
exq; communi cōsilio decretum est, ut ro-  
garentur aliqui ex præcipuis captiuis, ex  
quibus, quoniam in statu essent arces Nau-  
pacti, Neritis, & reliqua loca his finitima,  
cognosceretur. Quamuis autem respôde-  
rent, hæc firmo, ualidoq; præsidio cōmuni-  
ti, tamē illuc eiusdē rei gratia missus est Ga-  
briel Sorbolonus, qui singillatim uniter-  
sa obseruaret. Interim cōstitutū est, fieri nō  
posse, ut aliqua oppugnatio susciperetur,  
nisi prius classe nouis epibatis, nouoq; præ-  
sidio instaurata, idq;, quomodo nū ageretur,  
anni tempus obstare, cum hyems  
appeteret, ideoq; tandem Austrius, & Co-  
lumna, diligentí cōsultatione adhibita, sta-  
tuerunt se cum classibus Messanam reci-  
pere,

pere, ac eò tandem VI. Non. Octob. inco-  
lumes perueherunt. Dum uero nostri per  
sinum Naupacticum, & loca proxima na-  
uigarent, in toto itinere iuxta continen-  
tem quacunque oculorum acies extendi  
poterat, nihil fermè aliud cernebatur, præ-  
ter occisorum cadavera, quæ undatum flu-  
ctibus huc, illuc, iactabantur, totumq[ue] se  
Oceanum cruento infectum, adeo, ut iam  
rubrum intersectorum cæde, ac saniè uns-  
diquaque conspiceretur. At Vehesius, u-  
bi classem refecisset, illico trahi taues ro-  
stratas cum sex millibus uirorum, qui par-  
tim ex Italâ, partim ex Pirotica natione  
constabant, misit ad oppugnandam arcem,  
sitam in Epiro, quam incolæ Margaritam  
uocant, eisq[ue] Paulum Visinum præfecit.  
Hanc nostri, ubi aliquandiu sex maiori-  
bus tormentis undiq[ue] adorti essent, atque  
acri obsidione instanter, Pridie Idus No-  
vemb[ris] ferueret, Byzantini, oppi-  
dum Epiri maritimum (uulgò Supotū)  
occuparant. Hi postremo, ubi a nauali præ-  
lio, aliquot ex nostris cohortibus, ad se uor-  
sum pergere animaduerterent, statim inde  
recesserunt, & cum adhuc essent in itine-  
re, quosdam epirotas, qui eos inseque-  
bantur,

bantur, interfecere, moxque plurima loca  
ferro, & igne uastarunt. Dum hec in Epiro  
gererentur, Crete & biremes, duce Canali,  
cooperunt in Peloponneso nonnulla nauis  
gia turcica, quae Tamassu soluerant, & By  
zantium uersus ad nauigabat, erantque onus  
sta plurimis exuujs, & captiuis, quos secut  
in seruitutem adducebant. Interea Veneti,  
cum hostile odium, atque potentiam probe  
nosceret, nihil apud se remissum, aut quie  
tum pati: sed cum summa cura, & studio sat  
agere, ut proximo Vere iterum ingentem  
classem, omni praesidio communitatem, ha  
bituri essent. Quoniam autem in superiori  
praesidio experti erant, quantum clavis, absq  
uo suo rū detimento (cum in conflictu res  
dictu mira, & fermè incredibilis) unus tan  
tum in eis imperfectus dicatur, hosti sex ille  
grandiores naues, quarū superius facta est  
metio, intulisse, omni ratione procurabat,  
ut maior earum numerus instrueretur. Pre  
terea, cum haud parua esset suspicio, ne ter  
restri bello a Turca inuaderentur, in eam  
simul cogitationem incubebant, ut si ita  
res ferret iustum exercitum conscriberet,  
quod à se omnem uitam, atque iniuriam pro  
pulsarent. Hispanus autem, & Pontifex  
haud minori diligentia, quae suarum erant  
partium, cogitare, modisque omnibus effi  
cere,

cere, ne inchoato foederi deessent. Supradicatum est, inter Austrum, & Venetum, nonnulla dissidia exorta, quibus haud parum inter se alienati esse uidebantur. Etsi uero post rem foeliciter administrata, omnis similitas utrinque sublata est, atque alter alteri conciliatus, nihilominus tamen, ut in posterum uel minima occasio praecideretur, quo minus amico animo inter se forent, Venetus (id etiam Austrum summis uotis exposcente) suæ classis praefecto, etiam alterum substituit, videlicet Iacobum Foscarinum, virum singulari uirtute, atque prudentia, eaque lege sufficuum esse uoluit, ut nihil ageret, inconsulto Venerio, ad quem semper totius rei summa deferretur.

Dum ita res geruntur, anni tempus iam sese aperire incepérat, ideoque socii Principes noua inter se consilia inire, quidque facto opus esset, mature prospicere, ut iterum opulenta classis adornaretur. Etsi uero Pius V. sub cuius auspicio tam salutare Mors ppi V. foedus peractum est, sub finem Aprilis naturæ concesserat, nouus tamen Pontifex, qui est Gregorius huius nominis XLI. *Gregorius* ut primum in eius locum successit (hoc XLI. *nouus* autem fuit VII. Idus Maii) ne suo munere *Pontifex* decisset, idem foedus confirmatum esse creatur.

Ss 3 uoluit,

uoſuit, ſequē statim iſdem conditioni-  
bus obſtrinxit. quibus, eius prædeceſſor  
ſe initio coram Patribus obſtrinxerat. Igi-  
tur ex communī conſilio, & uiribus, om-  
nia belli præſidia parabantur, & quiſque  
ex foederatis principiis ea ſeorsim agere,  
quæ ſui muneris eſſe iudicabat.

Paucis post diebus, Veneti ſuam claf-  
ſem Corcyrae instruxerunt, ibi que ſocios  
preſtolabantur, nec ſciri adhuc poterat,  
quid'nam ea & ſtate agendum fore, cum  
nondum omnes una conueniſſent. Inter-  
rim Sara Martinengus cum quibusdam  
uenetis cohortibus, quibus præerat. Ca-  
ſtrum nouum oſſedit, iamque suburbia  
occuparat: Sed, cum audiret, præfectum  
Epiri, qui erat unus ex purpuratis, cum  
magna manu oppidanis præſidio adue-  
nire, iamque propemodum adelle, ne un-  
diue hostili acie opprimeretur, statim ab  
inchoata oppugnatione recessit. Quid  
autem poſteā in mari, terraſe gelſum  
ſit, quoniam id mihi non ita explora-  
tum eſt, ab huiusmodi enarratione ſu-  
perſedeo.

*Caſtrum no-  
uum oſſidio-  
ne liberatur.*

Audiui ſanè à nonnullis, & quorundam  
etiam ſuper iſdem rebus literas inſpexi,  
Menge Auguſti habitum, utrinque na-  
uale

uale prælium, in quo iterū Selyma classis,  
quam Turcarum Imperator denuo exor-  
nari iusserat, à nostris deuicta sit, eisq; hanc  
victoriam summoperè cruentram extitisse,  
ad eo ut maior pars illorum, qui fuerunt in  
ea militia, desideretur. Cæterum, quia  
post meū ex Britannia discessum, qui fuit  
pridie Idus Augusti, Lutetiam uersus, me-  
as priuatas rationes in eo statu Fortuna es-  
se uoluit, ut earum rerum, quæ indies ge-  
rebantur, omni ferè notitia priuarer, idq;  
ob longum iter ad eas gentes suscepsum,  
cum quibus nulla mihi antea necessitudo  
intercedebat, malui hæc omnia silentio  
præterire, quam aliquid incerti afferre. Di-  
ctum est in fine secundi libri, de expugna-  
tione Famagustana, & quomodo nostri  
contra fidem datam trucidati sint, quam-  
que atroxiter Mustapha in Bracadenum  
sæuierit. Hanc diram immanitatem o-  
mnibus purpuratis, & proceribus, ac eti-  
am ipsius Selymo uehementer displicu-  
isse audio, quin etiam ob id, ut primum  
Constantinopolim reuersus est, ab eo  
graueriter obiurgatum, & quanquam is  
plures causas adduceret, quibus hoc iu-  
re à se factum asserebat, nullam tamen  
carum admissam, & plæriique illum ab o-

mis, sui Principis benevolentia excidisse  
commemorant. Quin etiam referunt plurimos, eorum censere, Deum hac perfidia,  
& crudelitate ita commotum esse, ut eius  
rei gratia, paulo post uniuersam classem a-  
miserint. Hæc, an uera sint, haud sanè af-  
firmare ausim: sed tamen id prouersus uerili-  
mire uidetur, cum constet, atrocia scelerata  
perspè insignibus, atque atrocibus pœ-  
nis à Deo puniri. De Solymano quidem,  
certum est, illū fideli semel præstite, quam  
obscurantissimum extitisse, id quod ma-  
xime patet in Rhodiana uictoria, & in his  
locis Pannonicæ, quæ illi se aliqua pæctio-  
ne dediderunt. An uero Selymus, hanc  
egregiam laudem, qua ipsius Pater tanto-  
perè ab omnibus commendatus est, qua-  
que sola, Mortales Dijs immortalibus ex-  
quantur, uel natura, uel consuetudine sibi  
dimitandam proposuerit, non ita comper-  
tum habeo. At certò scio, eam à multis O-  
thomanæ familiæ Imperatoribus, & plu-  
rimis quoque Turcarum dynastis, ac cen-  
turiionibus, diligentissime obseruatam,  
eaquæ re illos plurimum nominis, & glo-  
riæ apud posteros meruisse. Apud Roma-  
nos autem, quanto pere olim cum publi-  
cè, tñ priuatim exulta sit, innumera ex-  
empla ubique testantur. Nam qui, armis  
positis,

positis, ad Imperatorum fidem configie-  
bant (quamuis murum aries percussisset)  
statim in gratiam recipiebantur, quin etiā,  
ipsam militiam, sacramentum appellabāt,  
& iuramentum, uel hosti exhibitū, si quis  
dolo, ac fraude uiolasset, hunc seuerissimē  
plectendam censebant, & super his rebus  
legem publico edictō sanctitam, & promul-  
gatam fuisse, uetustissimi annales indicat.  
Quid ergo de Mustapha perfido, & imma-  
nissimo tyranno, dicendum est? Profecto  
non mihi si linguae centum sint, orac̄e cen-  
tum, & ferrea vox essent, huius impietate,  
ac sauitiam exprimere, nedum dignis vo-  
cibus execrari possem, & ppterēa solum-  
modo dixerim, hunc, ab hominis natura  
prosperus degenerasse, ac plusquam bellui-  
num sensum induisse. Nam de Leone præ-  
clarissimum illud Elogium extat, quo uiri  
sapientes huius celitudinem, atq; clemen-  
tiam, his duobus uersibus expressere.

*Corpora magnanimo sati est prostrasse Leoni.*

*Pugna suum finem, quum iacet hostis, habet.*  
Atqui de hoc horribili Monstro, eiusq; si-  
milibus, illud Homericum uerissime dici  
potest.

*Ἐν ἀρσοῖ γε πατήρ ἡμίποτα Πυλεὺς,*

*Βδέ Θετις μάτηρ, γλαύκη δὲ ὁ ἔτιπτε βόλλωσσα;*

*Πέργαντ' ἀλιβατοι, διτοινός δὲ μακένης.*

Sf 5 Quod

Quod uero ad me attinet, priusquam  
huic operi extremam (ut dicitur) manum  
imponam, id tantum adiuvare uolui, me,  
uidelicet, Anglicanę nobilitati plurimum  
debere, ob multa studij, & humanitatis of-  
ficia, quae mihi uarijs temporibus praesi-  
tit, atq; in primis Francisco Rossello, Co-  
miti Bedfordiensi, & Gulielmo Cecilio,  
D. Burlayeo, ac supremo Britannici Re-  
gni Thesaurario, qui ambo, E L I Z A B E-  
T H A E Angliae Reginæ à priuatis consi-  
lijs adhibentur, obq; singularem in rebus  
gerendis prudētiā, fidem, integratētē,  
& reliquas uirtutes, iure ab omnibus com-  
mendantur. Cæterū, Francisco Vual-  
singamo, eiusdem Reginæ Oratori apud  
Galliarum Regem, nunc me tantum de-  
bere fateor, quantum quisquam morta-  
lium alteri debere potest. Nisi enim hu-  
sus patrocino, ac tutela præseruatus essem,  
dum Sequana, & Liger, cum Rhodano,  
atque Arari contendunt, quis eorum pri-  
or puniceis cornibus in Oceanum influat,  
iampridem illorum manes adiūssem, qui,  
ut suum nomen æternitati consecrarent,  
in Cyprio, aut Pannonicō bello, uel iuxta  
Corinthiacum sinum, fortissime dimicā-  
tes, interierunt. Quocircā, si est hominis  
ingenui proficeri, per quos didicerimus,  
quanto

Quanto magis eos, à quibus uitæ benefici-  
um tribuitur? Id sanè ab eo factum est, par-  
tim naturæ suæ bonitate, partim etiam,  
quia norat, me, huic Serenissimæ Reginæ  
addictissimum esse, meç per multos iam  
annos ipsius regia beneficentia sustentari.  
Proinde, quicquid auræ uitalis in me est,  
id totum ( Deo excepto, in quo uiuimus,  
mouemur, & sumus ) illius Regiae Mai-  
stati, ac eius Oratori acceptum fero. De  
ipsa quidem, eiusq; singulari pietate, inge-  
nio, eruditione, linguarum peritia, reli-  
quisq; præstantissimis, cùm animi, tùm  
corporis dotibus, nunc uerba facere, sicuti  
à meo instituto hīc alienum foret, sic etiam  
superuacaneum existimo, cùm uel toti  
Europæ cognitum sit, quam non modò  
prudenter: at etiam feliciter, Angliæ, His-  
berniaeç Regna, quibus eam Deus in ter-  
ris præesse uoluit, hūc usq; administrarit,  
quamq; seipsum singulis diebus, in hoc sa-  
pientissimo regimine, quodammodo su-  
perare uideatur. De altero, in præsentia id  
solum dixerim, eum his omnibus uirtuti-  
bus ornatum esse, quæ pīū hominem, ue-  
repq; nobilē deceant, nūlq; prorsus hīc lau-  
dabile inueniri, quod in eo, siue  
ab aliquo desiderari possit.

F I N I S,

ERRATA SIC EMIN-  
DABIS LECTOR.

Priornumerus folium, poste-  
rior uersum indicat.

Folio 22.vers. 7. perlustrauit, fateor, 26.5. tantos  
sumptus, 58. ad marg. Cornius. 82.28. obtempe-  
rem. 120. ad marg. insulae. 122.1. hoste. 139.1  
18. Corcyrae. 141.8. redditus. 155.28. quantraq.  
163.15. potioribus. ibid.21. exterriti. 183.6. fieret.  
ibid.29. ferendum. 185.2. concidisset. 194.13. Pe-  
rusinus. 205.7. obsidione. 206.16. tanto. 215.4.  
maturabat. 219.12. dissensione. 222.26. Impera-  
tor. 223.12. acuiterunt. 225.14. ferè. ibid.24.12-  
terc. 230.25. Agà. 232.25. accenderentur. Fol.  
post 232. 233. 237.5. Austrio. 241.13. singularis.  
**244.25. exstate.**

